DE

# QUINTILIANI SEXTI ASCLEPIADIS ARTE GRAMMATICA.

## DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES AB AMPLISSIMO

PHILOSOPHORUM ORDINE

ACADEMIAE WILHELMAE ARGENTINENSIS

RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT

**BALDUINUS HEINICKE**

RHENANUS.

ARGENTORATI.
TYPIS EXPRESSIT M. DUMONT SCHAUBERG.
MCMIIII.

Von der philosophischen Fakultät genehmigt

am 1. August 1903.

RICARDO REITZENSTEIN

S

# PRAEFATIO.

Cum de Quintiliani, qui de grammatica est conscriptus, tractatu (lib. I. cap. 4—8) iam multae quaestiones institutae sint, priusquam de eadem materia disputare ingrediar, omnes dissertationes, quas quidem inspexerim, initio statim producere consentaneum esse mihi videtur.

Primus Christius (in Philologo XVIII p. 109 sqq.) de nonnullis huius Quintiliani dissertatiunculae locis tractavit. De fontibus deinde I. D. Claussen (»A. Fleckeisens Jahrbücher für klass. Philologie Supplementband VI. 1872/73 p. 359« sqq.) imprimis grammaticis Latinis, quos H. Keilius edidit, adhibitis disseruit, nonnulla quoque apud Mackenseniuin (»De Verrii Flacci libris orthographicis, dissertatio Jenensis 1886«) invenimus et totius tractatus fontes H. Nettleship eruere denuo conatus est. (»Journal of Philology XV p. 189« sqq. et »Lectures and essays: Second series, Oxford 1895 p. 169« sqq.) Praeterea dissertationes Iosephi Staenderi (»Quaestiones Quintilianeae, Bonn 1855«) et Friderici Boettneri (»De Quintiliano grammatico. I. Quintiliani de accentu doctrina et de nominum verborumque declinatione praecepta, Halle 1877«), quamquam paulum profecerunt, commemoraverim. Sed omnibus his dissertationibus quaestiones haud quaquam ad finem perductae esse mihi videntur. Nam omnes hi auctores Graecis fontibus omissis Latinos tantum adierunt, quamquam grammaticam disciplinam, ut multas alias, Latinos a Graecis accepisse constat. Praeterea nemo de totius tractatus partitione disseruit, nisi Usenerus, qui in commentatione »Ein altes Lehrgebäude der Philologie« inscripta (»Sitzungsberichte

d. k. b. Akademie d. Wissenschaften zu München 1892 p. 582« sqq.) saepius partitionis artis grammaticae Quintilianeae mentionem facit eamque cum ceteris et Graecorum et Romanorum partitionibus comparat.

Quare quaestionem meam ita instituam, ut imprimis, quomodo singulae partes artis Quintiliani se excipiant vel inter se cohaereant et quibus fontibus Fabius noster sciens aut insciens usus totum tractatum composuerit, exponam); singula, quae explicatione egeant, non neglegam, ita tamen, ut quae a viris doctis supra commemoratis iam pertractata sunt, leviter perstringam.

Sed quoniam ex auctoribus Graecis nemo saepius cum Quintiliano conferendus erit quam Sextus Empiricus, commemoranda etiam hoc loco videtur Brunonis Albini Mueller dissertatio, quae »de Asclepiade Myrleano« inscripta foras edita est, cum mea lucubratio iam paene ad finem perducta esset. Sextum de Asclepiade pendere proprio uterque Marte evicimus.

# I.

Cum veteres grammaticam non tam artis finibus includerent quam nos, in arte componenda initio a philosophis petito, quid esset, quod hoc nomine significaret quasque in partes grammatica divideretur, auctorem explicare necesse erat; itaque tot fere definitiones grammaticae nobis traditae sunt, quot auctores in arte excelluerunt; ubi autem duo scriptores eandem partitionem praebent, alterum ex altero pendere verisimile est. — Hinc proficiscar.

Quintilianus, quas in partes artem grammaticam diviserit, ipse initio capitis IV (§ 2) profert:[1] »Haec igitur professio cum brevissime in duas partes dividatur, recte loquendi scientiam et poetarum enarrationem, plus habet in recessu quam fronte promittit. Nam et scribendi ratio coniuncta cum loquendo est, et enarrationem praecedit emendata lectio et mixtum his omnibus iudicium est.« Respicit huc c. IX. 1: »Et finitae quidem sunt partes duae, quas haec professio pollicetur, id est ratio loquendi et enarratio auctorum.«

Prima pars, recte loquendi scientia et quae cum ea coniuncta est, recte scribendi, capitibus IV—VII exponitur, alteram, enarrationem auctorum eamque praecedentem emendatam lectionem, capite VIII invenimus. Adiciuntur capite IX »quaedam dicendi primordia, quibus aetates nondum rhetorem capientes instituantur«, quae cum non ad artem grammaticam sed ad usum grammaticorum referenda sint praetermittam.

Primo igitur obtutu divisionem bipartitam apud Fabium offendimus. Quam partitionem non a Quintiliano oratore in-

[1]) Conferatur Claussenius l. l. p. 360 sqq.

ventam esse apparet. Itaque priorum grammaticorum artes, quae similem partitionem praebent, nobis adeundae sunt. Magnam autem multitudinem artium grammaticarum prioris aetatis exstitisse Sextus Empiricus commemorat; qui adversus grammaticos (§ 91. ed. Bekker p. 619) haec profert: Πολλῆς οὔσης καὶ ἀνηνύτου παρὰ γραμματικοῖς περὶ μερῶν γραμματικῆς διαστάσεως κ. τ. λ.

Antiquissima divisio est, quam apud Dionysii Thracis scholiastam invenimus, qui quattuor partes his verbis constituit (cf. scholia in Dion. Thracis art. gram. rec. A. Hilgard p. 12,3 sqq.[1]): Τὸ πάλαι μέρη τῆς γραμματικῆς ἦν τέσσαρα· καὶ εἰσὶ ταῦτα· διορθωτικόν, ἀναγνωστικόν, ἐξηγητικὸν καὶ κριτικόν.[2]) (cf. Usenerus l. l. p. 582 sqq.) Has quattuor partes etiam apud M. Terentium Varronem offendimus (cf. Wilmanns: De M. Terentii Varronis libris grammaticis frag. 93 p. 210): »Grammaticae officia, ut adserit Varro constant in partibus quattuor, lectione enarratione, emendatione, iudicio«.[3]) Sequitur apud Graecos Dionysius Thrax, cuius libellus ex omnibus, quae ad nostram aetatem pervenerunt, artibus, paene maximi momenti est. Qui vir doctus sex gram-

---

[1]) Praeterea cf. ibid. 10,8. 12,4. 13,7. 115,8. 164,9. 150,17. 578,13.

[2]) Scholiasta prioribus tribus partibus quartam aliquo modo opponit, criticique officium cum illis coniunctum dicit, etsi non eodem, simili tamen quo Quintilianus modo (c. IV 3). Deinde critici officium describit (Hilgard. 12. 13): Ἀνάγκην γὰρ εἶχεν ὁ κριτικὸς εἰδέναι τὰ τοῦ διορθωτικοῦ καὶ τοῦ ἀναγνωστικοῦ καὶ τοῦ ἐξηγητικοῦ . . . Deinde iudicium ad poetas emendandos et interpretandos multum apud veteres grammaticos contulisse dicitur (Hilgard 12. 19): Οὗτος οὖν ὁ κριτικὸς τὴν τῶν ποιημάτων [ἢ] καλῶς ἢ φαύλως ἢ ἐν δέοντι ἢ ἐν μὴ δέοντι ἢ εὐκαίρως ἢ ἀκαίρως λεχθεῖσαν ἔννοιαν παρεδίδου τῷ νέῳ καὶ τὴν τούτων αἰτίαν ἐδίδασκεν· ὥσπερ παρὰ τῷ ποιητῇ τὸν στίχον τοῦτον δεῖ ὀβελίζειν, τουτέστιν ἐκβάλλειν καὶ ἀποδοκιμάζειν, ὡς μὴ ὄντα ἄξιον τοῦ ποιητοῦ [A 139] ἄξω ἑλὼν· ὁ δέ κεν κεχολώσεται ὅν κεν ἵκωμαι· κ. τ. λ. et similiter Quintilianus IV. 3 pergit: »et mixtum his omnibus iudicium est; quo quidem ita severe sunt usi veteres grammatici, ut non versus modo censoria quadam virgula notare et libros, qui falso viderentur inscripti, tamquam subditos summovere familia permiserint sibi, sed auctores alios in ordinem redegerint, alios omnino exemerint numero« e. q. s.

[3]) Cf. Usenerus l. l. p. 599 sqq.

maticae partes constituit (cf. Uhlig: p. 5): Μέρη δὲ αὐτῆς (τῆς γραμματικῆς) ἐστὶν ἕξ· πρῶτον ἀνάγνωσις ἐντριβὴς κατὰ προσῳδίαν, δεύτερον ἐξήγησις κατὰ τοὺς ἐνυπάρχοντας ποιητικοὺς τρόπους, τρίτον γλωσσῶν τε καὶ ἱστοριῶν πρόχειρος ἀπόδοσις, τέταρτον ἐτυμολογίας εὕρεσις, πέμπτον ἀναλογίας ἐκλογισμός, ἕκτον κρίσις ποιημάτων,[1]) ὃ δὴ κάλλιστόν ἐστι πάντων τῶν ἐν τῇ τέχνῃ. Sed apud Dionysium Thracem eiusque interpretes et ars grammatica quadripertita et quae ex sex partibus constat nihil nisi enarrationem auctorum (antiquioribus temporibus poetarum) complectitur. Recte loquendi scientia scribendique non exigitur.

Tertia partitio grammaticorum Graecorum paulo recentior quam divisiones supra commemoratae Asclepiadis Myrleani est a Sexto Empirico (adv. gram. § 252. sqq. p. 655) nobis conservata: Ἀσκληπιάδης δὲ ἐν τῷ περὶ γραμματικῆς τρία φήσας εἶναι τὰ πρῶτα τῆς γραμματικῆς μέρη τεχνικόν, ἱστορικόν, γραμματικόν, ὅπερ ἀμφοτέρων ἐφάπτεται, φημὶ δὲ τοῦ ἱστορικοῦ καὶ τοῦ τεχνικοῦ, τριχῇ ὑποδιαιρεῖται τὸ ἱστορικόν· τῆς γὰρ ἱστορίας τὴν μέν τινα ἀληθῆ εἶναί φησι, τὴν δὲ ψευδῆ τὴν δὲ ὡς ἀληθῆ, καὶ ἀληθῆ μὲν τὴν πρακτικήν, ψευδῆ δὲ τὴν περὶ μύθους, ὡς ἀληθῆ δὲ τὴν περὶ πλάσματα[2]), οἷα ἐστὶν ἡ κωμῳδία καὶ οἱ μῖμοι. τῆς δὲ ἀληθοῦς τρία πάλιν μέρη· ἡ μὲν γάρ ἐστι περὶ τὰ πρόσωπα θεῶν καὶ ἡρώων καὶ ἀνδρῶν ἐπιφανῶν, ἡ δὲ περὶ τοὺς τόπους καὶ χρόνους, ἡ δὲ περὶ τὰς πράξεις. τῆς δὲ ψευδοῦς, τουτέστι τῆς μυθικῆς ἓν εἶδος μόνον ὑπάρχειν λέγει τὸ γενεαλογικόν. ὑποτάσσεσθαι δὲ τῷ ἱστορικῷ κοινῶς φησί, καθὼς καὶ Διονύσιος, τὸ περὶ τὰς γλώττας· ἱστορεῖ· γὰρ ὅτι κρήγυον ἀληθές ἐστιν ἢ ἀγαθόν, ὡσαύτως δὲ καὶ τὸ περὶ παροιμιῶν καὶ ὅρων. Asclepiadis igitur ars tres partes nobis praebet.

Tertia artis pars τὸ γραμματικὸν, ὅπερ ἀμφοτέρων ἐφάπτεται, nihil aliud nisi iudicium (τὸ κριτικόν) est, quod ita pro-

---

[1]) Cf. Sextus Empiricus, qui adv. gram. § 250 p. 655 hanc Dionysii partitionem profert.

[2]) Rectam hanc lectionem Kaibel (Prolegomena περὶ κωμῳδίας p. 25/26) restituit pro ea, quam codices et editiones praebent: ψευδῆ δὲ τὴν περὶ πλάσματα καὶ μύθους, ὡς ἀληθῆ δὲ οἷα ἐστὶν ἡ κωμῳδία καὶ οἱ μῖμοι.

prium grammaticae videbatur, ut a nonnullis haec ars κριτική appellaretur. Testantur hoc cum alii tum Dionysii scholiasta (Hilgard p. 3,19): Εἴρηται δὲ γραμματικὴ ἐκ τῶν γραμμάτων, οὐ τούτων μέντοι τῶν γραμμάτων, ἀλλὰ τῶν συγγραμμάτων · ἡ γραμματικὴ γὰρ περὶ αὐτὰ καταγίνεται · οὕτω γὰρ καὶ Καλλίμαχος σύγγραμμα βουλόμενος εἰπεῖν ἐχρήσατο <epigr. 25 Sch.> ἀλλὰ Πλάτωνος Ἓν τὸ περὶ ψυχῆς γράμμ' ἀναλεξάμενος. τὸ πρότερον δὲ κριτικὴ ἐλέγετο καὶ οἱ ταύτην μετιόντες κριτικοί · Ἀντίδωρος[1]) δέ τις Κυμαῖος συγγραψάμενος λέξιν ἐπέγραψεν „Ἀντιδώρου γραμματικοῦ λέξις" καὶ ἐκ τούτου ἡ ποτὲ κριτικὴ γραμματικὴ λέλεκται καὶ γραμματικοὶ οἱ ταύτην μετιόντες.[2])

Hunc scholiastae tractatum ex Asclepiadis arte depromptum esse ostendit Sextus, qui (§§ 47—48 p. 609) haec exhibet: τάχα δέ, ὡς φασὶν οἱ περὶ τὸν Ἀσκληπιάδην, καὶ αὐτὴ (scil. ἡ γραμματική) ἀπὸ μὲν γραμμάτων ὠνόμασται, οὐκ ἀπὸ τούτων δὲ ἀφ' ὧν καὶ ἡ γραμματιστική, ἀλλ' ἐκείνη μέν, ὡς ἔφην, ἀπὸ τῶν στοιχείων, αὕτη δὲ ἀπὸ τῶν συγγραμμάτων, περὶ οἷς πονεῖται. γράμματα γὰρ καὶ ταῦτα προσηγορεύετο, καθὰ καὶ δημόσια καλοῦμεν γράμματα, καὶ πολλῶν τινα γραμμάτων ἔμπειρον ὑπάρχειν φαμέν, τουτέστιν οὐ τῶν στοιχείων, ἀλλὰ τῶν συγγραμμάτων. Καὶ Καλλίμαχος δέ, ποτὲ μὲν τὸ ποίημα καλῶν γράμμα ποτὲ δὲ τὸ καταλογάδην σύγγραμμα, φησί,

Κρεωφύλου πόνος εἰμί, δόμῳ ποτὲ θεῖον ἀοιδόν
δεξαμένου, κλείω δ' Εὔρυτον ὅσσ' ἔπαθεν
καὶ ξανθὴν Ἰόλειαν, Ὁμήρειον δὲ καλεῦμαι
γράμμα. Κρεωφύλῳ, Ζεῦ φίλε, τοῦτο μέγα,
καὶ πάλιν.
εἴπας «ἥλιε χαῖρε» Κλεόμβροτος Ἀμπρακιώτης
ἥλατ' ἀφ' ὑψηλοῦ τείχεος εἰς ἀίδην,
ἄξιον οὐδὲν ἰδὼν θανάτου τέλος ἀλλὰ Πλάτωνος
ἓν τὸ περὶ ψυχῆς γράμμ' ἀναλεξάμενος.

[1]) De Antidoro, qui apud Pauly-Wissowa silentio praetermissus est, cf. Susemihlius (»Gesch. d. gr. Litt. in d. Alexandrinerzeit«) II p. 664. Praeterea cf. S. Immisch: De grammaticorum principe (»Jahrb. f. Philol. CXLI. 1890 p. 694« sqq.) Antidorum antiquissimis Alexandrinorum temporibus floruisse Susemihlius l. l. recte censet.

[2]) Similiter sed brevius p. 7,23. 304,6.

Asclepiadis igitur scriptis Dionysii scholiastae usi sunt. Quos ad locum supra commemoratum componendum Sextum adiisse haudquaquam verisimile est, quia multa praebent, quae omisit Sextus.

Primis igitur temporibus grammaticae nomine tota quae pueros elementa (γράμματα) doceret ars, comprehendebatur[1]; ea cum paulatim se ad altiora erigeret, prior quasi gradus grammatica, posterior critica appellata est. Hoc retinuit Crates eiusque discipuli, qui illi et poetarum interpretationem et recte loquendi regulam subiecerunt, sicut teste Sexto (§ 248 p. 654—655) fecit Tauriscus: Ταυρίσκος γοῦν ὁ Κράτητος ἀκουστής, ὥσπερ οἱ ἄλλοι κριτικοί, ὑποτάσσων τῇ κριτικῇ τὴν γραμματικήν, φησὶ τῆς κριτικῆς εἶναι τὸ μέν τι λογικόν, τὸ δὲ τριβικόν, τὸ δ'ἱστορικόν. Alii contra priorem gradum non grammaticae, sed grammatisticae arti tribuentes, alteri grammaticae nomen indiderunt. Ex quibus Asclepiades cum respiceret Crateteos, coactus est, quod illi τὸ κριτικόν appellaverant, ipse verbo τὸ γραμματικόν significare. Haec est tertia illa Asclepiadis pars commixta, ut vult, duabus prioribus τῷ τεχνικῷ et τῷ ἱστορικῷ. Quarum alteram quas in partes diviserit hoc, ut opinor, quasi stemmate facillime apparebit:

ἱστορία

| 1. ἀληθής, πρακτική | 2. ψευδής. ἡ περὶ μύθους τὸ γενεαλογικόν | 3. ὡς ἀληθής ἡ περὶ πλάσματα |
|---|---|---|
| a) περὶ πρόσωπα | | a) κωμῳδία. |
| α) θεῶν, | | |
| β) ἡρώων | | |
| γ) ἀνδρῶν ἐπιφανῶν. | | |
| b) περὶ τόπους καὶ χρόνους. | | b) μῖμοι |
| c) περὶ πράξεις. | | |

[1]) Aristoteli grammatica est scribendi legendique scientia (Top. Zc. 5 p. 142 b. 31); idem sensit Plato, quamquam legendi facultatem tantum commemorat Theaet. 198 e. Ipsa doctrina ab eodem adumbratur Theaet. 203 b.

Eodem modo Sextus (§ 92 p. 619) de hac parte quamvis inverso ordine agit: ἱστορικὸν δὲ ὅπου περὶ προσώπων οἱονεὶ θείων τε καὶ ἀνθρωπίνων καὶ ἡρωικῶν διδάσκουσιν, ἢ περὶ τόπων διηγοῦνται καθάπερ ὀρῶν ἢ ποταμῶν (1) ἢ περὶ πλασμάτων (3) καὶ μύθων (2)· παραδιδόασιν ἢ εἴ τι τῆς αὐτῆς ἰδέας ἐστίν.[1])

Haec Sexti tractatus cum Asclepiadis similitudo vix casu exstitisse potest, praesertim cum §91 Sextum eodem fere modo, quo Asclepiades, totum tractatum partiri videamus: Πολλῆς οὔσης καὶ ἀνηνύτου παρὰ τοῖς γραμματικοῖς περὶ μερῶν γραμματικῆς διαστάσεως, ἵνα μήτε τὸ πάρεργον ἔργου χώραν ἐπέχειν ἡμῖν φαίνηται, μήτε εἰς ἀλλοτρίαν καὶ ὡς πρὸς τὸ παρὸν ἀνωφελῆ ἐμβαίνοντες ὕλην ἀπολειπώμεθα τῆς ἀναγκαιοτέρας ἀντιρρήσεως, ἀπαρκέσει λέγειν ἀσυκοφαντητότερον ὡς ἄρα τῆς γραμματικῆς τὸ μέν ἐστιν ἱστορικόν, τὸ δὲ τεχνικόν, τὸ δὲ ἰδιαίτερον (scilicet τοῦ γραμματικοῦ), δι' οὗ τὰ κατὰ τοὺς ποιητὰς καὶ συγγραφεῖς μεθοδεύεται. Priusquam igitur ad Quintilianum revertamur, totum Sexti tractatum perscrutari haud sine fructu mihi esse videtur; imprimis artis dispertitionem breviter contemplemur. Tres illas partes grammaticae proprias a Sexto (§§ 91—320) oppugnatas tractatus de vi ac potestate artis grammaticae praecedit, ubi etiam aliorum grammaticorum sententiae proferuntur (§§ 57—90). Primum auctor, postquam quid polliceatur grammatica exposuit (§§ 41—43), discrimen facit inter γραμματιστικήν, τὴν τῶν ὁποιωνδηποτοῦν γραμμάτων εἴδησιν et γραμματικήν, τὴν ἐντελῆ καὶ τοῖς περὶ Κράτητα τὸν Μαλλώτην Ἀριστοφάνην τε καὶ Ἀρίσταρχον[2]) ἐκπονηθεῖσάν[3]). Ex libro grammatico sine dubio excerptae sunt

[1]) Conferri potest, quod Quintilianus in libro II (c. IV § 2) profert: »Et quia narrationum, excepta qua in causis utimur, tris accepimus species, fabulam, quae versatur in tragoediis atque carminibus non a veritate modo, sed etiam a forma veritatis remota, argumentum, quod falsum, sed vero simile comoediae fingunt, historiam, in qua et gestae rei expositio e. q. s.« (cf. Kaibelius l. l. p. 26. adn. 1.)

[2]) Duas hic artis grammaticae disciplinas et Pergamenorum et Alexandrinorum proferri nobis observandum est.

[3]) Quintilianus illam (τὴν γραμματιστικήν) leviter his verbis tangit (IV 1): »Primus in eo, qui scribendi legendique adeptus erit facultatem, grammatici est locus.«

§§ 44—48. Quas si inspicimus, nomen auctoris Asclepiadis (supra iam in alio dissertationis complexu huius loci mentionem feci) offendimus (§ 47 ὡς φασὶν οἱ περὶ τὸν Ἀσκληπιάδην).

Praeterea Asclepiadem περὶ γραμματιστικῆς egisse loco scholiorum ad Dionysii artem scriptorum confirmatur (Hilgard 183, 27): Διὰ τοῦτο δὲ καὶ οὐκ ἄλλοις χαρακτῆρσι χρώμεθα τῶν στοιχείων ἀλλὰ τοῖς Ἰωνικοῖς, ὡς μὲν Ἀσκληπιάδης ὁ Μυρλεανὸς λέγει, διὰ τὸ κάλλος καὶ ὅτι πλεῖστα τῶν συγγραμμάτων τούτοις ἐγέγραπτο τοῖς χαρακτῆρσιν, κ. τ. λ. Nihil igitur obstat, quin has paragraphos (44—48) Asclepiadi vindicemus. Γραμματιστική §§ 49—56 pertractatur. Deinde ad γραμματικήν, i. e. artem, quam nos grammaticam vocamus, Sextus se convertit (§§ 57—320), Nominis explanationem sequitur definitio artis singulorum grammaticorum, Dionysii Thracis (§§ 57—60) et Ptolemaei peripatetici (§§ 60—65). Horum grammaticorum sententias ex Asclepiadis arte depromptas esse non indiget longae argumentationis; ipse enim Sextus hoc dicere nobis videtur (§ 72): Ἀσκληπιάδης τοίνυν μέμφεται τὸν Θρᾳκα Διονύσιον ἐμπειρίαν λέγοντα τὴν γραμματικήν, δι' ἣν αἰτίαν καὶ ὁ Πτολεμαῖος ἔφη, ἐγκαλεῖ δὲ αὐτῷ καὶ τῷ κατὰ τὸ πλεῖστον ἐμπειρίαν αὐτὴν ἀποφαίνειν. Sequitur (§§ 66—72) Sexti refutatio; deinde (§§ 72—75) Asclepiadis ipsius sententia profertur; denique Chaeridis[1]) (§§ 76—79) et Demetrii Chlori (§§ 84—89) doctrinas cum Empirici refutationibus legimus.

Hos grammaticos ab Empirico in Myrleani arte inventos esse priusquam statuamus, de aetate et vita et Chaeridis et Demetrii quid traditum sit, diligentius exponere necesse erit.

De Chaeride nuper egit R. Berndt (»De Charete, Chaeride, Alexione eorumque reliquiis; pars prior: Charetis Chaeridisque fragmenta Königsberg 1902.«)[2], qui duos grammaticos

---

[1]) Sic Usenerus l. l. p. 685 adn. 3 recte scribi vult pro lectione Χάρης, quam codices praebent.

[2]) Cum hanc dissertationem meo tractatu iam perfecto foras editam ipsam inspicere non potuerim, Hilgardii enarrationem (»Berl. Philol. Wochenschrift 1903 Nr. 41 p. 1281 sqq.«) hic ad recensendum adhibere cogor.

Charetem Chaeridemque discernere conatus est, quorum Chaeridem Homeri, Aristophanis, Pindari opera pertractavisse constat. Charetem apud scholiastam Apollonii Rhodii (codicis Laurentiani 32,9) invenimus. Ad hunc revocat Berndtius Sexti locum (§ 76): Χάρης δὲ ἐν τῷ πρώτῳ περὶ γραμματικῆς τὴν τελείαν φησὶ γραμματικὴν ἕξιν εἶναι ἀπὸ τέχνης διαγνωστικὴν τῶν παρ' Ἕλλησι λεκτῶν καὶ νοητῶν, κ. τ. λ., confisus, ut videtur, eorum, qui huc usque inspecti sunt codicum Sexti auctoritate. Eadem tamen verba in scholiis ad Dionysium Thracem (p. 118.10) leguntur, qui Χαῖροις, id est Χαῖρις, praebent. Itaque cum Usenero (l. l. p. 585 adn. 3), Hilgardio (»Berliner Philol. Wochenschrift 1903 Nr. 41«). Cohnio (»Pauly-Wissowa III p. 2031«) apud Sextum Χαῖρις legendum esse censeo neque artem grammaticam tribuo Apollonii aequali. Chaeridem Didymo notum fuisse scimus (cf. Didymus ad Il. II 865, VI 71; Od. VII. 80). Nihil igitur obstat, quominus Asclepiadi quoque Didymo paululum antiquiori notum eum fuisse sumamus.

Similis in Demetrio est res; impugnatur enim ab Antigono Alexandrino Didymi fere aequali (cf. Wilamowitzius: »Heracles I 189,« Susemihlius »Gesch. d. griech. Litteratur in der Alexandrinerzeit II.« p. 20 et ibid. adn. 101. b)[1]). Nullus igitur a Sexto in toto illo tractatu commemoratur auctor, quem post Asclepiadem floruisse argumentis idoneis probetur. Sed si Demetrii Chaeridisque memoriam ad Sextum per Asclepiadem propagatam credimus, cur definitiones eorum post Asclepiadeam proferuntur? Causa mihi quidem haec esse videtur: summo similitudinis vinculo inter se continentur Dionysii, Ptolemaei, Asclepiadis definitiones. Conferatur § 57: Διονύσιος μὲν οὖν ὁ Θρᾷξ ἐν τοῖς παραγγέλμασί φησι »γραμματική ἐστιν ἐμπειρία ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον τῶν παρὰ ποιηταῖς τε καὶ συγγραφεῦσι λεγομένων«, Ptolemaei definitio, qui grammaticam τέχνην ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον esse declarabat

---

[1]) Usenerum (l. l. 586) non recte Demetrium Augusti aetati adscribere persuasum habeo.

(§ 61 sqq.), Asclepiadis (§ 74): γραμματική ἐστι τέχνη κ. τ. λ. Quarum ultima definitio arte cum iudicio de definitione Dionysii ab Asclepiade prolato cohaeret. Contra definitiones et Chaeridis et Demetrii longe recedunt proprioque proferenda erant loco. Conferatur § 76: Χαῖρις δὲ ἐν τῷ πρώτῳ περὶ γραμματικῆς τὴν »τελείαν φησὶ γραμματικὴν ἕξιν εἶναι ἀπὸ τέχνης διαγνωστικὴν τῶν παρ' Ἕλλησι λεκτῶν καὶ νοητῶν ἐπὶ τὸ ἀκριβέστατον πλὴν τῶν ὑπ' ἄλλαις τέχναις« et § 84: Δημήτριος δὲ ὁ ἐπικαλούμενος Χλωρὸς καὶ ἄλλοι τινὲς τῶν γραμματικῶν οὕτως ὡρίσαντο »γραμματική ἐστι τέχνη τῶν παρὰ ποιηταῖς τε καὶ τῶν κατὰ τὴν κοινὴν συνήθειαν λέξεων εἴδησις«.

Totum igitur tractatum Empirici ab initio (§ 41) usque ad paragraphum 90 ex Asclepiadis arte imitatione expressum esse nostro iure dicere possumus.

Sequitur divisio tripertita (§ 91), cuius iam supra mentionem fecimus. E grammatici tractatu sumptae sunt §§ 91—95. Tres ponuntur partes, quas Sextus ad refellendum sibi proposuit:

I. τὸ τεχνικὸν μέρος §§ 97—247 pertractatur cum his partibus.
   a) περὶ στοιχείων §§ 99—119),
   b) περὶ συλλαβῶν (§§ 121—130),
   c) περὶ λέξεως (§§ 131—141) et
      περὶ ὀνόματος (§§ 142—154),
   d) περὶ λόγου (§§ 154—158), περὶ μερισμοῦ (§§ 159—168),
   e) περὶ ὀρθογραφίας (§§ 168—174),
   f) περὶ ἑλληνισμοῦ (§§ 176—247). Praestat autem τὸν ἑλληνισμόν aut analogia (§§ 176—240) aut etymologia (§§ 240—247), quibus a Sexto imprimis consuetudo (συνήθεια) opponitur.

II. Sequitur §§ 248—269 τὸ ἱστορικόν, ὅπου (cf. § 92) περὶ προσώπων οἱονεὶ θείων τε καὶ ἀνθρωπίνων καὶ ἡρωικῶν διδάσκουσιν, ἢ περὶ τόπων διηγοῦνται καθάπερ ὀρῶν ἢ ποταμῶν, ἢ περὶ πλασμάτων καὶ μύθων παραδιδόασιν, ἢ εἴ τι τῆς αὐτῆς ἰδέας ἐστίν.

III. Concluditur tractatus grammaticus τῷ ἰδιαιτέρῳ (§§ 270 bis 320), quod § 93 explicatur: ἰδιαίτερον δὲ τὸ κατὰ τοὺς

ποιητὰς καὶ συγγραφεῖς ἐπισκοποῦσι, καθ' ὃ τὰ ἀσαφῶς λεγόμενα ἐξηγοῦνται τά τε ὑγιῆ καὶ τὰ μὴ τοιαῦτα κρίνουσι τά τε γνήσια ἀπὸ τῶν νόθων διορίζουσιν.

Postquam totam et Sexti et Asclepiadis artem tribus partibus τῷ τεχνικῷ, τῷ ἱστορικῷ, τῷ ἰδιαιτέρῳ contineri vidimus, nunc primum ad secundam Myrleani partem, τὸ ἱστορικόν revertamur; quam magnam cum Sexti secunda parte similitudinem habere iam supra invenimus. Conferri quoque potest quod Sextus in refutatione (§ 257) profert: καὶ μὴν ἐπεὶ τῆς ἱστορίας ἡ μέν τίς ἐστι τοπική, ἡ δὲ χρονική, ἡ δὲ περὶ τὰ πρόσωπα, ἡ δὲ περὶ τὰς πράξεις, δῆλον ὡς εἰ μὴ τεχνική ἐστιν ἡ τῶν τόπων καὶ ἡ τῶν χρόνων ἀπόδοσις, οὔθ' ἡ τῶν προσώπων οὔθ' ἡ τῶν πράξεων τεχνικὴ γενήσεται et § 263: Πρός τούτοις ἐπεὶ τῶν ἱστορουμένων τὸ μέν ἐστιν ἱστορία, τὸ δὲ μῦθος, τὸ δὲ πλάσμα, ὧν ἡ μὲν ἱστορία ἀληθῶν τινῶν ἐστι καὶ γεγονότων ἔκθεσις, ὡς ὅτι Ἀλέξανδρος ἐν Βαβυλῶνι δὶ ἐπιβούλων φαρμακευθεὶς ἐτελεύτα, πλάσμα δὲ πραγμάτων μὴ γενομένων μὲν ὁμοίως δὲ τοῖς γενομένοις λεγομένων, ὡς αἱ κωμικαὶ ὑποθέσεις καὶ οἱ μῖμοι, μῦθος δὲ πραγμάτων ἀγενήτων καὶ ψευδῶν ἔκθεσις, ὡς ὅτι τὸ μὲν τῶν φαλαγγίων καὶ ὄφεων γένος Τιτήνων ἐνέπουσιν ἀφ' αἵματος ἐζωογονῆσθαι, κ. τ. λ. Itaque nihil obstat, quominus totam περὶ τοῦ ἱστορικοῦ Sexti dissertationem Asclepiadi vindicemus. Deinde Myrleani doctrinam § 250 offendimus, ubi Dionysius Thrax a Sexto his verbis oppugnatur: Διονύσιος δὲ ὁ Θρᾷξ ἓξ μέρη γραμματικῆς εἶναι λέγων, ἅπερ ἡμεῖς ἀνώτερον ὁλοσχερῶς τρία προσηγορεύσαμεν, ἐν τούτοις καὶ τὸ ἱστορικὸν ἀποδίδωσιν· εἶναι γάρ φησι γραμματικῆς μέρη ἀνάγνωσιν ἐντριβῆ κατὰ προσῳδίαν, ἐξήγησιν κατὰ τοὺς ἐνυπάρχοντας ποιητικοὺς τρόπους, λέξεων καὶ ἱστοριῶν ἀπόδοσιν, ἐτυμολογίας εὕρεσιν, ἀναλογίας ἐκλογισμόν, κρίσιν ποιημάτων, ἀτόπως διαιρούμενος καὶ τάχα μὲν ἀποτελέσματά τινα καὶ μόρια γραμματικῆς μέρη ταύτης ποιῶν, ὁμολόγως δὲ τὴν μὲν ἐντριβῆ ἀνάγνωσιν καὶ τὴν ἐξήγησιν καὶ τὴν κρίσιν τῶν ποιημάτων ἐκ τῆς περὶ ποιητὰς καὶ συγγραφεῖς θεωρίας λαμβάνων, τὴν δὲ ἐτυμολογίαν καὶ ἀναλογίαν ἐκ τοῦ τεχνικοῦ, τοῖς δὲ τὸ ἱστορικὸν ἀντεκτιθείς, ἐν ἱστοριῶν καὶ λέξεων ἀποδόσει κείμενον. Nam Dionysium ab Asclepiade oppugnatum

esse ex §§ 72—73 cognoscimus: Ἀσκληπιάδης τοίνυν μέμφεται τὸν Θρᾷκα Διονύσιον ἐμπειρίαν λέγοντα τὴν γραμματικήν, δι'ἣν αἰτίαν καὶ ὁ Πτολεμαῖος ἔφη, ἐγκαλεῖ δὲ αὐτῷ καὶ τῷ κατὰ τὸ πλεῖστον ἐμπειρίαν αὐτὴν ἀποφαίνειν. Quantum autem Asclepiadis auctoritas apud Sextum valuerit, ex eo praeterea mihi apparere videtur, quod §§ 248—253 simili modo ut §§ 57—76 ceterorum grammaticorum sententiis prolatis in fine partis Myrleani doctrina ut gravissima ab Empirico commemoratur.

Nunc ad primam Asclepiadis artis partem transire possumus. Quae pars, τὸ τεχνικόν, etymologiam et analogiam continuit, ut § 251, quam Asclepiadi tribuimus, legimus. Eodem autem modo Sextus §§ 176—240 et 241—247 in tractatu περὶ τοῦ τεχνικοῦ de analogia et etymologia agit. Itaque nulla causa est, cur in hac quoque artis parte Asclepiadis libros grammaticos Sexti fontem fuisse negemus. Restat nobis tertia Sexti pars, τὸ ἰδιαίτερον, Asclepiadis γραμματικόν, quae a Sexto hoc modo definitur: (§ 93) ἰδιαίτερον δὲ τὸ κατὰ τοὺς ποιητὰς καὶ συγγραφεῖς ἐπισκοποῦσι, καθ' ὃ τὰ ἀσαφῶς λεγόμενα ἐξηγοῦνται, τά τε ὑγιῆ καὶ τὰ μὴ τοιαῦτα κρίνουσι, τά τε γνήσια ἀπὸ τῶν νόθων διορίζουσιν. Explicatur hic nihil aliud nisi Asclepiadis θεωρία περὶ ποιητὰς καὶ συγγραφεῖς vel τὸ γραμματικόν. Videmus igitur Sextum in toto adversus grammaticos tractatu componendo Asclepiadis artem ante oculos habuisse. Quae sententia eo quoque probatur, quod scepticus, quamquam Apollonii et Herodiani aetati succedit, tamen neque horum celeberrimorum auctorum neque aliorum, ut Tryphonis vel Didymi eum aetate antecedentium mentionem facit, sed praeter Dionysium Thracem nonnullosque alios minus notos, quos supra commemoravimus, unus et natu his omnibus minor aut certe minimorum aequalis Asclepiades commemoratur.

Hanc inter Sextum Asclepiademque intercedere rationem etiam Bruno Albinus Mueller statuit, qui (l. l. p. 39.) haec dicit: »Hanc totam Sexti doctrinam et aetate, qua orta est, et forma, qua praedita est, Asclepiadeae arti, quam animo effinximus, tam similem esse vides, ut nihil obstet,

quominus eam e Sexti farragine recuperasse nobis videamur.« Sed inter ea, quibus sententiam suam probare conatur, argumenta unum profert, quod, quin statim refutem, facere non possum. Nam cum Usenerus (l. l. p. 591) de Asclepiadis partitione hoc protulisset iudicium: »Schon in diesem wenigen, was wir von Asklepiades' Aufbau kennen, tritt eine festgesetzte planmäßige Dreiteilung offen hervor«.., Muellerus illud exaggerans ita statuit (p. 29.): »Asclepiadem igitur ratione et via grammaticam eiusque partes et primas et inferiores et infimas tripertivisse manifestum est.«

Myrleanum ad illustrandam artem suam hoc fundamentum divisionis sibi elegisse auctori concedo, nam hoc ex tribus partibus (τῷ τεχνικῷ, τῷ ἱστορικῷ, τῷ γραμματικῷ) cognoscimus, sed haudquaquam omnes partes tractatus grammatici (cf. Muelleri p. 30) in triades divisae sunt; conferre possumus imprimis apud Sextum § 253: τῆς δὲ ψευδοῦς, τουτέστι τῆς μυθικῆς, ἓν εἶδος μόνον ὑπάρχειν λέγει τὸ γενεαλογικόν. Nam Muellero nullo modo assentiri possum de hoc loco (p. 29) sic disserenti: »Denique unum εἶδος historiae fabularis, i. e. τῆς ψευδοῦς ἱστορίας, est, unde nihil de partibus eius concludi potest, cum vocabulo εἴδους, quod vocabulo μέρους contrarium est, ea describantur, quae rerum summae non partium propria sunt (cf. schol. in Dionys. Thr. p. 168. 20 H.)« Certum est hoc loco tripartitionem sive εἴδους sive μέρους non exstare sed ἓν εἶδος μόνον ὑπάρχειν λέγει (ὁ Ἀσκληπιάδης), ut dubium esse non possit, quin verba »ἓν — μόνον« opposita sint tribus partibus, quae multis aliis locis artis inveniuntur. Discrimen quoque γραμματικῆς et γραμματιστικῆς (duarum partium) Asclepiades, ut supra vidimus, fecit. Conferri praeterea potest § 176, ubi regulae purae incorruptaeque graecitatis statuuntur: ἤδη δὲ τοῦ ἑλληνισμοῦ δύο εἰσὶ διαφοραί· ὃς μὲν γάρ ἐστι κεχωρισμένος τῆς κοινῆς ἡμῶν συνηθείας καὶ κατὰ γραμματικὴν ἀναλογίαν δοκεῖ προκόπτειν, ὃς δὲ κατὰ τὴν ἑκάστου τῶν Ἑλλήνων συνήθειαν ἐκ παραπλασμοῦ καὶ τῆς ἐν ταῖς ὁμιλίαις παρατηρήσεως ἀναγόμενος nec minus § 241: Τὰ δὲ αὐτὰ λεκτέον πρὸς αὐτοὺς καὶ ὅταν

δι' ἐτυμολογίας κρίνειν θέλωσι τὸν ἑλληνισμόν. Duae enim leges secundum grammaticum τὸν ἑλληνισμὸν praestant, analogiae et etymologiae, quibus a Sexto, quippe qui omnes regulas oppugnet, consuetudo (ἡ συνήθεια) opponitur. Consuetudinem autem iam ab Asclepiade cum analogia et etymologia coniunctam esse, ut tres partes efficerentur, ut Muellerus p. 32 censet, persuadere mihi non possum, praesertim cum duo quoque vitia ὁ βαρβαρισμός et ὁ σολοικισμός duobus legibus, analogiae et etymologiae, opponantur (§ 210). Is enim, qui ternarium semper numerum sequebatur, Stoicorum e more certe ἀκυρολογίαν addidisset. Asclepiades igitur hac lege minime se astrinxit, sed ubi aut res aut perspicuitas postulabat, alia divisione usus est. Itaque etiamsi partitionem ternariam simul cum aliis argumentis proferre possumus, ut sententiam aliquam Myrleano vindicemus, sola per se certe non sufficit. Sed satis sit ipso in limine haec contra Muelleri argumentationem protulisse, quam saepius in sequente cursu respiciemus.

## II.

Nunc ad Quintiliani artem revertamur. Quintilianus, ut supra demonstratum est, duas artis partes praebet, recte loquendi scientiam et poetarum enarrationem (c. IV 2 sqq.), sed tertia pars adicitur iudicium (§ 3), mixtum his omnibus, i. e. recte loquendi scientiae et poetarum enarrationi earumque partibus rationi scribendi et emendatae lectioni, quae enarrationem praecedit. Magnam hic cum Sexti tractatus partitione similitudinem statim animadvertimus. Recte loquendi scientia et scribendi ratio cum Sexti prima parte τῷ τεχνικῷ conferri potest, ubi et de orthographia et περὶ ἑλληνισμοῦ tractatur. Poetarum enarratio τῷ ἱστορικῷ respondet et iudicium, quod mixtum est his omnibus, τὸ κριτικόν, i. e. Sexti ἰδιαίτερον, Asclepiadis γραμματικόν est, ὅπερ ἀμφοτέρων ἐφάπτεται (§ 252). Sed antiquam Asclepiadis partitionem aliquantum mutatam esse videmus. Nam discrimen, quod Fabius inter loquendi

scribendique rationem facit, apud Asclepiadem nondum tam dilucide expressum videmus, et secunda Quintiliani pars nihil nisi poetarum enarrationem complecti dicitur (c. IV 2), cum apud Asclepiadem de omnibus auctoribus hac parte agatur, (cf. § 254 sqq.), sed tamen in tractatu ipso (c. IV 4, et VIII 18) Fabius praeter poetas ceteros auctores respiciendos esse dicit. Iudicium a Quintiliano obiter perstrictum a Myrleano longiore tractatu absolvitur (§ 270—320). Sed singula procedente argumentatione clarius discernere poterimus. Magnis duarum artium Quintiliani et Asclepiadis consensionibus inventis, iam nunc Useneri sententiae assentiri non possum, qui argumento usus, quod e Latinis grammaticis primus quattuor partes Varro praebet, lectionem, enarrationem, emendationem, iudicium, (cf. Wilmanns d. M. Terentii Varronis libris gram. frag. 93 p. 210) sic (l. l. p. 597) de Fabii partitione disserit. »Quintilianus sagt gleich im Anfange seines Überblicks über die Grammatik (I. 4. 3): enarrationem praecedit emendata lectio et mixtum his omnibus iudicium est. Was er über das iudicium hinzufügt, stellt er außer Zweifel, daß er damit den vierten Teil das κριτικόν in seiner eigentlichsten Bedeutung meinte. Der Rhetor sucht in vornehmer Herablassung diese Dinge zunächst nur mit dem äußersten Finger zu streifen; er verwischt absichtlich den schulmäßigen Charakter der Einteilung, ohne dem Kundigen die berücksichtigte Lehre zu enthüllen. Er hatte die vier Teile vor sich in der Ordnung emendatio, lectio, enarratio, iudicium und schob die beiden ersten sehr mißverständlich zu einer emendata lectio zusammen, während er doch durch his omnibus auf eine Mehrheit von mindestens dreien zurückwies.[1]) Das ist das Stammeln des vornehmen Halbwissens, das wir aus Ciceros Dialogen zur Genüge kennen«. Equidem auctorem Latinum, quo sine dubio usus est Fabius non de

[1]) Verbis »his omnibus« (§ 3) recte loquendi rationem et enarrationem poetarum earumque partes scribendi rationem et emendatam lectionem significari mihi certum esse videtur, ut non modo tres sed quattuor partes, quas verba »his omnibus« respiciunt, habeamus.

Varrone sed de Asclepiade pendere meo iam iure contendere mihi videor. Hoc unum Usenero concedo novisse eum etiam Varronis partitionem ideoque fortasse paululum ab Asclepiade recedere. Ipsum iam Quintiliani fontem diligentius persequar, quem singulas artis sententias primum proponere deinde easdem fusius explicare et quasi commentari saepius videmus (cf. IV 18—21, IV 22—27).

Nunc ad artis exordium nos convertamus. Dispositione exposita caput IV a longa dissertatione incipit, qua quibus artibus is, qui grammaticam profiteri velit, instituendus sit, ostenditur (IV 2—5). »Nam haec professio habet plus in recessu, quam fronte promittit« et (IV 4): »Nec poetas legisse satis est, excutiendum omne scriptorum genus non propter historias modo, sed verba, quae frequenter ius ab auctoribus sumunt«. Scientia deinde musices, astronomiae, philosophiae, eloquentiae exigitur; nam ars grammatica omnes has artes complectitur. »Necessaria pueris (IV 5) iucunda senibus, dulcis secretorum comes, et quae vel sola in omni studiorum genere plus habeat operis quam ostentationis.« Simili modo Vitruvii liber, qui de architectura inscribitur, incipit, ubi (I 1, 1—3) legimus: »Architecti est scientia pluribus disciplinis et variis eruditionibus ornata, cuius iudicio probantur omnia, quae ab ceteris artibus perficiuntur opera« et (I 2): »Itaque architecti, qui sine litteris contenderant, ut manibus essent exercitati, non potuerunt efficere, ut haberent pro laboribus auctoritatem, qui autem ratiocinationibus et litteris solis confessi fuerant, umbram non rem persecuti videntur«, et in fine (§ 3): »et ut litteratus sit, peritus graphidos, eruditus geometria, historias complures noverit, philosophos diligenter audierit, musicam scierit, medicinae non sit ignarus, responsa iuris consultorum noverit, astrologiam caelique rationes cognitas habeat«. Hic igitur auctor priusquam ad propositum suum venit, longum tractatum περὶ τῆς ἐγκυκλίου παιδείας, qua architectum informari oporteat, praemittit. Haec autem ratio singulas artes cum ἐγκυκλίῳ παιδείᾳ coniungendi primo saeculo longius dispersa erat. Quod genus Eugenius Oder in tractatu »Quellen-

sucher im Altertum« (»Philologus, Supplementbd. VII pg. 366 adn.«) primum a Varrone adhibitum esse putat. Videmus igitur hunc quoque περὶ τῆς ἐγκυκλιου παιδείας Quintiliani tractatum ex arte grammatica depromptum esse, sed fortasse iam apud Graecos vestigia talis dissertationis indagare possumus. Nam ex Empirici libro grammaticos certe etiam de ἐγκυκλίῳ παιδείᾳ egisse intellegimus. Conferri possunt, quae in refutatione Sexti (§ 300 sqq.) extant: ἐπεὶ τοίνυν πᾶν σύγγραμμα καὶ πᾶσα ποίησις ἐκ λέξεων τῶν δηλουσῶν καὶ πραγμάτων τῶν δηλουμένων συνέστηκε, δεήσει τὸν γραμματικόν, εἴπερ ἔχει τέχνην διαρθρωτικὴν τῶν παρὰ συγγραφεῦσι καὶ ποιηταῖς λεγομένων, ἤτοι τὰς λέξεις μόνον ἢ τὰ ὑποκείμενα πράγματα γινώσκειν ἢ τὸ συναμφότερον. ἀλλὰ τὰ μὲν πράγματα, κἂν ἡμεῖς μὴ λέγωμεν, φαίνεται μὴ γινώσκειν, τούτων γὰρ τὰ μέν ἐστι φυσικά, τὰ δὲ μαθηματικά, τὰ δὲ ἰατρικά, τὰ δὲ μουσικά, καὶ δεῖ τὸν μὲν φυσικοῖς ἐπιβάλλοντα πράγμασιν εὐθὺς φυσικὸν εἶναι, καὶ τὸν μουσικοῖς μουσικὸν εἶναι, καὶ τὸν μαθηματικοῖς εὐθὺς εἶναι μαθηματικόν, καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων ὁμοίως.[1]) Minime igitur dubito, quin exordium artis Fabii (c. IV §§ 2—5) a Myrleani arte originem duxerit.

Quo tractatu isagogico absoluto statim de grammatica dissertatio sequitur et primum de litteris (§§ 6—17). Quem tractatum Quintilianus ita disponit, ut primum (§ 6) consonantes a vocalibus deinde semivocales a mutis litteris segreget. Fecerat hoc iam Aristoteles, quem Peripatetici secuti sunt (cf. artis poëticae c. $20,_{s}$: ταύτης δὲ μέρη τό τε

---

[1]) Angustioribus finibus grammatica ars a Chaeride (§ 76) concluditur qui rhetorum auctoritate permotus haec profert: Χαῖρις δὲ ἐν τῷ πρώτῳ περὶ γραμματικῆς τὴν τελείαν φησὶ γραμματικὴν ἕξιν εἶναι ἀπὸ τέχνης διαγνωστικὴν τῶν παρ' Ελλησι λεκτῶν καὶ νοητῶν ἐπὶ τὸ ἀκριβέστατον, πλὴν τῶν ὑπ' ἄλλαις τέχναις, τὸ τελευταῖον προσθεὶς οὐ παρέργως. ἐπεὶ γὰρ τῶν παρ' Ἕλλησι λεκτῶν καὶ νοητῶν τὰ μέν ἐστιν ὑπὸ τέχναις τὰ δ'οὔ, τῶν μὲν ὑπὸ τέχναις οὐκ οἴεται τέχνην εἶναι καὶ ἕξιν τὴν γραμματικήν, οἷον ἐν μὲν μουσικῇ τῆς διὰ τεσσάρων συμφωνίας καὶ τῆς μεταβολῆς τῶν συστημάτων, ἐν δὲ μαθηματικῇ ἐκλείψεως ἢ τῆς τῶν κύκλων θέσεως τὰ δέ αὐτὰ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων νοητέον τεχνῶν. οὐδενὸς γὰρ τῶν ὑπ' αὐταῖς εἴδησις ἡ γραμματική, ἀλλὰ μέθοδός τίς ἐστι τῶν παρὰ ταύτας ἑτέρων λεκτῶν τε καὶ νοητῶν, κ. τ. λ.

φωνῆεν καὶ τὸ ἡμίφωνον καὶ ἄφωνον). Eandem distinctionem eodem loco protulerunt initio artis et Dionysius Thrax eiusque scholiastae (cf. Schol. Dion. Thr. Hilg. p. 35 sqq. φωνήεντα, σύμφωνα, ἡμίφωνα, ἄφωνα) et imprimis Sexti auctor (§ 99 sqq.), qui vel in his dissensum grammaticorum notare non oblitus litteras φ, χ, θ a nonnullis, maxime Dionysio Thrace, mutis, ab aliis, imprimis Asclepiade, ut opinor, semivocalibus adscriptas esse testatur. Sequebantur in eo, quem Quintilianus ante oculos habuit, tractatu singulae quaestiones, quarum prima erat de litterarum numero. Receptae iam erant XXIII, quarum tamen *y* et *z* Graecae videbantur (§ 7). Praeterea quaerebatur, deessentne Latinis aliquae necessariae litterae ut Aeolicum digammon et littera, qua medius inter *u* et *i* litteras sonus significaretur, quae duae a Claudio imperatore ceteris XXIII adiectae erant.[1]) Quem locum in hoc Fabii tractatu eo gravissimum arbitror, quod quo tempore Quintiliani auctor Latinus scripserit ex eo cognoscere possumus. Deinde Fabii auctor inquisivit, an aliae litterae redundarent, ut *h*, *k*, *q*, *x*. Quas quaestiones iam Varronem tetigisse

[1]) Cf. Buechelerus, De Tiberio Claudio grammatico Elberfeldae 1856. Hic Clausseno assentior dicenti (l. l. p. 364) »Memoratur igitur Claudii Caesaris digammon. Quamquam Claudii consilium Quintilianus non perspexit, quippe qui Aeolicam illam litteram *u* geminae finibus concludat. Quod cum etiam Christius (Philol. XVIII p. 174) animadverterit, tamen perperam statuit Quintiliani verbis ceteras vocales non esse exclusas. Etenim ab *u* geminata (c. IV 8 et 11) litterae *vo* satis manifesto segregantur (c. IV 10) »Atque etiam in ipsis vocalibus grammatici est videre, an aliquas pro consonantibus usus acceperit, quia iam sicut etiam scribitur et vos ut tuos«. Quae cum ita sint, vix dubito, quin eundem errorem commiserit Gellius (XIV 5. 2): »Nam divus et rivus et clivus non *us* syllaba terminantur, sed ea, quae per duos *u* scribenda est, propter cuius syllabae sonum declarandum reperta est nova littera, quae digamma appellabatur.« Praeterea conferenda sunt verba, quae ex eodem fonte hausta proferunt Diomedes (l. I. p. 422, 21) et Donatus (p. 367, 18): »Huic (sc. *u* litterae) digammon ascribi solet; cum sibi ipsa praeponitur, ut seruus, uulgus.« Quae doctrina admodum quidem contorta est, id tamen animadvertas, quod eadem exempla, quae Quintilianus (c. IV. 8 et. 11) offert, laudantur. Itaque hoc certe apparet Quintilianum digammi Claudiani non suo Marte mentionem fecisse sed alio grammatico auctore.«

Explanationes in Donatum nos docent. (Keil, gram. Lat. IV p. 519,$_{11}$): »Litterae Latinae, cum XXIII sint, Varro XVII dicit esse, ceteras superfluas putat«, deinde Diomedes (Keil I p. 423,$_{31}$): »Quidam Latino sermoni sufficere decem et septem litteras crediderunt, si quidem ex viginti et tribus una adspirationis nota est *h*, una duplex *x*, duae supervacuae *k* et *q*, duae Graecae *y* et *z*«[1]). Auctor igitur Fabii sententias grammaticorum Latinorum a Varrone usque ad Claudii aetatem viventium protulisse videtur. Sequebatur deinde de vocalibus dissertatiuncula (§§ 10—12). Quae quam arte cum priore de consonantibus quaestione cohaereat, Prisciani liber nobis ostendit (Keil II p. 13 sqq.). Primum, quas usus pro consonantibus accepit, pertractantur; deinde eae, quae ut vocales iunguntur, et ex iis, quae aut unam longam faciunt aut diphthongum; denique de litterarum *i* et *u* geminatione agitur; § 10 apex a veteribus pro geminatione vocalium adhibitus commemoratur. Conferri potest Terentii Scauri tractatus. (Keil VII 18,$_{11}$): »Primum igitur per adiectionem illa videntur esse vitiosa, quod Accius geminatis vocalibus scribi natura longas syllabas voluit, cum alioqui adiecto vel sublato apice longitudinis et brevitatis nota posset ostendi. Nam singulares vocales et corripi et produci possunt« (similiter ibid. 33,$_{5}$ 80,$_{1}$). Quod ex Varronis ad Accium scripto depromptum esse constat (cf. Keilii praefatio ad. lib. VII.)[2]) Quare hic (§ 10) Fabii auctor Varronem respicere videtur. Sexti quoque auctor de vocalibus longiore tractatu egit (cf. §§ 99—101, 105—119). Exempla, quae Quintiliani de *i* litterae geminatione (§ 11) verba nobis illustrent, praebet Prisciani ars (Keil I 13,$_{27}$) ex Caesaris libro gramma-

---

[1]) Cf. Marius Victorinus (Keil VI 6, 3.) et Jeep: »Redeteile bei den lat. Grammatikern 112«. Similes de litterarum numero tractatus etiam Graecorum in artibus exstitisse testantur et Sextus Empiricus (§ 116) et Dionysius Halicarnassensis (De compositione verborum c. 14 § 92), quod ego eo magis premo, quoniam Dionysium Asclepiade usum esse infra ostendam.

[2]) Praeterea cum hoc Fabii tractatu loci a Clausseno (l. l. p. 365) e grammaticis Latinis collecti conferantur.

tico deprompta; ad § 10 »nisi quis putat etiam ex tribus vocalibus syllabam fieri, si non aliquae officio consonantium fungantur« Terentianus Maurus (Keil VI p. $340_{491}$, $341_{529}$) conferri potest.

Proximam partem (§§ 12—17) nondum apud Asclepiadem invenimus, sed postea arti inserta est. Pertractantur hic mutationes singularum litterarum, »quas afferunt declinatio aut praepositio, ut 'secat secuit, cadit cecidit, caedit excidit, calcat, exculcat' (et fit a 'lavando lautus' et inde rursus 'illotus' et mille talia.) et quae rectis quoque casibus aetate transierunt«. Quae pars, quid sibi velit, ut intellegamus, primum Prisciani ars grammatica nobis adeunda est. Hic (Keil II p. 6—43.) eodem ordine de litteris, ut iam supra vidimus, deinde de earum mutationibus agitur (§ 18 sqq.). Prisciani fontem Apollonium grammaticum fuisse nunc inter omnes constat [1]). Apollonius, qui commentarium in Didymi librum περὶ παθῶν scripserat,[2]) hunc ut εἰσαγωγήν in corpus grammaticae artis receperat, quem Priscianus imitatur. Graeci autem grammatici περὶ παθῶν λέξεων scribere tunc demum inceperunt, cum Philoxenus, Varronis aequalis, analogiae leges etiam in derivationibus verborurum servari docuisset.[3]) Quare cum Trypho primus librum de verborum passionibus inscriptum ediderit, facile explicatur, cur nullum vestigium partis περὶ παθῶν λέξεων apud Sextum Asclepiadis libris usum inveniamus. Apud Latinos Plinius primus de litterarum mutationibus scripsisse videtur teste Prisciano (Keil II $26_{16}$; $29_{9,18}$. $31_{2}$).

Iam nunc has duas, ut opinor, partes artis Fabii (§§ 6—11, §§ 12—17) cum toto tractatu arte coniunctas esse apparet. Itaque sententiam, quam Mackensenius (l. l. p. 41—47) profert, Quintilianum ad paragraphos 6—17 com-

---

[1]) Cf. Dronke Mus. Rhen. XI p. 549 sqq. Uhlig ibid. XXV. p. 66 sqq. Hertz praef. ad vol. II Prisciani artis p. VII.

[2]) Cf. Lentz ad Herodianum praef. p. LXXXIII/IV, Reitzenstein Ind. lect. Rostochiens. 1891/92 p. 16 sqq.

[3]) Cf. Reitzenstein: »Varro u. Joh. v. Euch.« p. 86 sqq.

ponendas Verrii Flacci libris orthographicis usum esse, nullo modo probare possum. Quis praeterea Quintilianum ex exemplis a Verrio collectis (ut ipsius Mackensenii verbis utar) usitatissima petiisse putet, praesertim cum Verrii opus satis amplum fuisse sciamus. Eandem autem materiam multis aliorum grammaticorum commentariolis breviter tractatam fuisse verisimile est, quos Quintilianus facilius adire potuit, quam multos Flacci libros. Neque vero omnino per alium auctorem Quintilianum Verrii Flacci doctrinas accepisse concesserim. Nam auctorem artis tam diligenter elaboratae et elucubratae grammaticis doctrinis tam imbutum fuisse mihi persuasi, ut longe abesset, ut Flacci libros ad nonnulla exempla proferenda aut simplices regulas demonstrandas adiret. Sed omnes hae de Verrio Flacco Quintiliani auctore quaestiones, facile, ut spero, conficientur, si totam artem Fabii uno vinculo arte conexam esse demonstraverimus, quod ad cognoscendum non praetermittam illud Fabii (§ 17) »sed mihi locum signare satis est; non enim doceo, sed admoneo docturos.«

Praebebat deinde Quintiliani fons de syllabis tractatum, quem ille obiter modo perstringit. (§ 17): »Inde in syllabas cura transibit, de quibus in orthographia pauca annotabo«. De syllabis iam Dionysius Thrax agit (Uhlig, p. 16 sqq.), fusius deinde Asclepiades (apud Sextum l. l. §§ 121—130) et Apollonius apud Priscianum (Keil II p. 44).

Sequitur apud Fabium περὶ λέξεως tractatus, quocum pars περὶ τοῦ λόγου μερῶν arte cohaeret (§§ 18—29). Eandem dissertationem Asclepiades praebebat (cf. Sextus §§ 131—154). Hic quoque tractatibus de litteris syllabisque absolutis legimus (§ 131): Ἀνάλογον δὲ τούτοις ἐστὶ καὶ τὰ περὶ λέξεως καὶ τῶν τοῦ λόγου μερῶν ἀπορεῖσθαι ὀφείλοντα .... ἐκ συλλαβῶν γὰρ αἱ λέξεις λαμβάνουσι τὴν ὑπόστασιν. Eundem ordinem apud Dionysium Thracem (Uhlig p. 22) et Priscianum (Keil II 53) invenimus. Videmus Sexti fontem enumerationem singularum orationis partium praebuisse (§ 132): Ὅταν γὰρ μέρη τινὰ λόγου καλῶσιν, οἷον ὄνομα, ῥῆμα, ἄρθρον καὶ τὰ λοιπά, πόθεν λαβόντες;

Praeterea Sexti auctorem discrimen inter ὄνομα et προσηγορίαν fecisse cognoscimus (§ 133): ἔστω τοίνυν ὑποθέσεως χάριν λόγος μὲν ὁ σύμπας οὗτος ὁ στίχος,

μῆνιν ἄειδε θεὰ Πηληιάδεω Ἀχιλῆος,

μέρη δὲ αὐτοῦ ταῦτα, τό τε μῆνιν προσηγορία καθεστός, καὶ τὸ ἄειδε ῥῆμα προστακτικόν, καὶ τὸ θεά προσηγορία πάλιν θηλυκή, καὶ τὸ Πηληιάδεω ὄνομα πατρωνυμικόν· πρὸς δὲ τούτοις καὶ τὸ Ἀχιλῆος ὄνομα κύριον. Quam partitionem (nominis et appellationis) e Stoicorum libris depromptam esse notum est. Quintilianus simili modo ab enumeratione partium orationis incipit (§ 17) quoque tempore ortae et primum commemoratae sint et quot singuli auctores constituerint inquirit (§§ 17—21): »Tum videbit, ad quem hoc pertinet, quot et quae partes orationis; quamquam de numero parum convenit e. q. s.« Fontem suum hanc de numero partium orationis controversiam explicavisse Sextus quoque breviter significat (§ 158): Ἔστω δὲ νῦν καὶ ὁ λόγος καὶ μέρη τούτου ὁπόσα θέλουσιν οἱ γραμματικοὶ ὑπάρχειν. Quintiliani igitur fons, quo modo novem Graecae partes orationis paulatim fierent, exponebat: ὄνομα, ῥῆμα, σύνδεσμος, ἄρθρον, πρόθεσις, προσηγορία, ἀντωνυμία, μετοχή, ἐπίρρημα. Similiter apud Dionysium Thracem (Uhlig. p. 23) novem partes extant, sed ita, ut appellatio nomini subiecta sit: ἡ γάρ προσηγορία ὡς εἶδος τῷ ὀνόματι ὑποβέβληται. Fabii autem in dissertatione paragraphi 18 et 19 paene ad verbum cum Dionysii Halicarnassensis tractatu consentiunt, quem in librum de compositione verborum recepit (II 12): Ταῦτα δὲ (τῆς λέξεως στοιχεῖα) Θεοδέκτης μὲν καὶ Ἀριστοτέλης καὶ οἱ κατ᾽ ἐκείνους φιλοσοφήσαντες τοὺς χρόνους ἄχρι τριῶν προήγαγον, ὀνόματα καὶ ῥήματα καὶ συνδέσμους πρῶτα μέρη τῆς λέξεως ποιοῦντες. οἱ δὲ μετ᾽ αὐτοὺς γινόμενοι καὶ μάλιστα οἱ τῆς Στωϊκῆς αἱρέσεως ἡγεμόνες ἕως τεττάρων προὐβίβασαν, χωρίσαντες ἀπὸ τῶν συνδέσμων τὰ ἄρθρα· εἶθ᾽ οἱ μεταγενέστεροι τὰ προσηγορικὰ διελόντες ἀπὸ τῶν ὀνοματικῶν πέντε ἀπεφήναντο τὰ πρῶτα μέρη· ἕτεροι δὲ καὶ τὰς ἀντωνυμίας ἀποζεύξαντες ἀπὸ τῶν ὀνομάτων ἕκτον στοιχεῖον τοῦτο ἐποίησαν. οἱ δὲ καὶ τὰ ἐπιρρήματα διεῖλον ἀπὸ τῶν ῥημάτων, καὶ τὰς προ-

θέσεις ἀπὸ τῶν συνδέσμων καὶ τὰς μετοχὰς ἀπὸ τῶν προσηγορικῶν, Conferatur Quintilianus: »Veteres enim, quorum fuerunt Aristoteles quoque atque Theodectes, verba modo et nomina et convinctiones tradiderunt: videlicet quod in verbis vim sermonis, in nominibus materiam (quia alterum est quod loquimur, alterum, de quo loquimur), in convinctionibus autem complexum eorum esse iudicaverunt: quas coniunctiones a plerisque dici scio, sed haec videtur ex συνδέσμῳ magis propria translatio. Paulatim a philosophis ac maxime Stoicis auctus est numerus, ac primum convinctionibus articuli adiecti post praepositiones, nominibus appellatio, deinde pronomen, deinde mixtum verbo participium, ipsis verbis adverbia.« Quae quamquam simillima sunt, tamen Fabium has sententias ex Halicarnassensis libro excerpsisse nullo modo concludi potest, quod recte intellexit Rabe in dissertatione »De Theophrasti libris περὶ λέξεως Bonnae 1890« p. 37 sic argumentatus: »A Quintiliano verti Dionysii verba omnino credibile non est, minus etiam credibile rhetoris illius de compositione libro, in quo paucis tantum et cursim haec provincia tractata erat, usum esse Quintilianum, cui hac in re grammatica, ut in aliis, grammaticorum libri praesto erant. Quibus differant inter se illi loci, quivis animadvertit. Statim afferam gravissimum argumentum. Quint. I. 4, 20: »Alii tamen ex idoneis dumtaxat auctoribus octo partes secuti sunt, ut Aristarchus et aetate nostra Palaemon, qui vocabulum sive appellationem nomini subiecerunt, tamquam species eius.« Huius sententiae apud Dionysium Halicarnassensem nec vola nec vestigium invenitur. Remmii nomen nos non provehit, quoniam propter cetera auctor Halicarnassensi prior quaerendus est; sed adest felici casu Aristarchi discipulus Dionysius Thrax, in cuius arte legimus (Uhlig p. 23): τοῦ δὲ λόγου μέρη ἐστὶν ὀκτώ· ὄνομα, ῥῆμα, μετοχή, ἄρθρον, ἀντωνυμία, πρόθεσις, ἐπίρρημα, σύνδεσμος: ἡ γὰρ προσηγορία ὡς εἶδος τῷ ὀνόματι ὑποβέβληται. Quintilianus igitur (vel eius auctor; distinguere hoc loco opus non est), cum cuius verbis ultima magis consentiunt, quam casu fieri

potest, locupletiorem in his librum exscripsit quam Halicarnassensis exile caput. Num insuper Halicarnassensem adiisse putandus est?« Recte sic Rabe disseruisse mihi videtur. Hoc tantum dubitari potest, utrum Dionysius Thrax ipse auctor Fabii sententiae fuerit, an alius grammaticus, Thrace minor aetate, qui eius sententiam et attulerit et impugnaverit. Ex toto enim Fabii tractatu cognoscimus aut ipsum aut eius auctorem idem discrimen inter nomen et appellationem, i. e. προσηγορίαν et ὄνομα, fecisse, quod iam apud Sextum supra eruimus. Nonne igitur communem et Fabii auctoris et Sexti fontem Asclepiadis artem in hac quoque parte fuisse verisimile est, praesertim cum magnam in dispositione similitudinem iam animadverterimus?

Restat, ut ad singula huius partis accedamus. Cum Aristotelem et Theodectem verba et nomina et convinctiones posuisse Quintilianus proferat (§ 18), Priscianus (Keil II 54,$_6$) duas modo partes, verba et nomina, Aristoteli tribuit. Quae differentia scholiis ad Dionysii Thracis artem satis mihi explicari videtur, ubi (p. 515,$_{19}$) legimus: Οἱ Περιπατητικοὶ δύο· μέρη λόγου ἐδόξασαν εἶναι, ὄνομα καὶ ῥῆμα. τὰ δὲ ἄλλα οὐ λέγουσιν εἶναι μέρη λόγου ἀλλ' ἕνεκεν συνδέσεως καὶ κόλλης παραλαμβάνεσθαι.

Tertia igitur pars, quam Fabii auctor Aristoteli adscribit, ea complectitur, ἃ οὐ λέγουσιν εἶναι μέρη λόγου, ἀλλ' ἕνεκεν συνδέσεως καὶ κόλλης παραλαμβάνεσθαι.[1]) Eandem de

---

[1]) Difficultas quaedam fortasse nobis exstare videtur, si ea, quae Fabius de partibus orationis ab Aristotele traditis affert, cum capite XX artis poeticae conferimus, ubi initio legimus: Τῆς δὲ λέξεως ἁπάσης τάδ' ἐστὶ τὰ μέρη· στοιχεῖον, συλλαβή, σύνδεσμος, ὄνομα, ῥῆμα, ἄρθρον, πτῶσις, λόγος. Primo obtutu hic octo partes offendimus. Quare Steinthal (Gesch. d. Sprachwissenschaft I² 264/268) hunc poeticae locum corruptum esse affirmat. Sed recte iam Spaldingius (ed. Quintiliani I p. 76. adn.) illo loco non partes orationis (τοῦ λόγου) sed τῆς λέξεως, i. e. linguae vel elocutionis, enumerari animadvertit. Aliter Rabe (l. l. p. 38/39) disserit de hoc poeticae loco: »In artis poeticae Aristotelis capite 20 praeter tres partes etiam ab illo auctore (i. e. Dionysio Halicarnassensi) Aristoteli tributas ἄρθρον affertur, corruptissimis quidem verbis, at affertur. Usener, ut dissensionem solveret, Quaest. Anaxim. p. 39 coniecit

Aristotele opinionem Varronis etiam auctor protulit, qui (de l. Lat. VIII 11, cf. Reitzenstein, »Varro u. Joh. v. Euchaita p. 66«) sic disserit: »Quarum rerum declinationes oriuntur, partes orationis sunt duae, si item ut Dion in tres diviserimus partes res, quae verbis significantur, unam quae adsignificat casus, alteram quae tempora, tertiam quae neutrum. De his Aristoteles orationis duas partes esse dicit, vocabula et verba, ut Homo et Equus et Legit et Currit«. Ex recentioribus conferri possunt Cledonius (Keil gr. Lat. V. 34,14). »Aristoteles duas dicit (scil. partes orationis esse)« et qui artissime cum Dionysii scholiasta cohaeret, Augustinus (Categ. decem I tom. I p. 1419 ed. Migne Parisiis 1841): »Idcirco miranda est

Halicarnassensi (vel eius auctori) in animo fuisse Aristoteleae artis rhetoricae locos duos, 1404 b. 26: ὄντων δ'ὀνομάτων καὶ ῥημάτων, ἐξ ὧν ὁ λόγος συνέστηκεν et 1407 a. 20: ⟨τὸ ἑλληνίζειν ἐστὶ⟩ πρῶτον μὲν ἐν τοῖς συνδέσμοις (confert etiam 1403 b. 32), quibus comprehensis tres illas partes invenisset; quartam partem (ἄρθρον) notam quidem fuisse Aristoteli ex Antisthenis doctrina, in ipsius autem systema non receptam. Hoc nequeo probare, quia primum auctori illi propter eum errorem, de quo iam dicetur, non id tribuo diligentiae, ut data opera conquireret diversos in arte rhetorica Aristotelea locos, praesertim cum me quidem iudice acquievisset in primo statim loco: ὄντων δ'ὀνομάτων καὶ ῥημάτων. Deinde nequeo contemnere artis poeticae locum, nequeo concedere Aristotelem hic alienam doctrinam amplecti ipsi non probatam. Itaque astipulor Classeno, qui (De gram. graec. primord. p. 60) unius Theodectis illam, fuisse rationem dicit, ut tres partes statuerentur. Sed hoc unum Classeno concedo; Aristotelis nomen quod commemoratur, paulo aliter explico. Dielsius enim (l. l. p. 15) rectissime, puto, exposuit Theodectem Aristotele absente artem rhetoricam docuisse secundum eius commentarios; eam autem artem, quae ex his scholis orta sit, artem Theodecteam, quodammodo priorem nostrae artis rhetoricae Aristoteleae editionem esse. In eo igitur libro, qui Aristoteleo fundamento nisus circumferebatur Theodecteus, de tribus tantum orationis elementis actum est — si quid valent nostra testimonia — post cum Aristoteles Athenas reversus scriberet artem poëticam, aptum ei videbatur adoptare articulum ab Antisthene inventum.« Cui Rabii sententiae adsentiri non possum; iam Usenerus, ut ex Rabii ipsius tractatu vidimus, quartam partem (ἄρθρον) notam quidem fuisse Aristoteli ex Antisthenis doctrina in ipsius autem systema non receptam vidit. Praeterea a nullo posteriore auctore quattuor partes Aristotelis commemorantur. Rabii autem sententia nullis certis testimoniis confirmari potest, cum ipso illo poeticae loco Aristotelem articulum partibus orationis inseruisse nullo modo demonstretur.

Aristotelis philosophi diligentia ..... Itaque solas orationis partes auctore Aristoteli nomen et verbum debemus accipere; ceteras vero ex his fieri et compagines orationis potius quam partes eius debere nominari.«

Deinde Fabius Stoicos maxime numerum partium orationis auxisse dicit (§ 19). Similiter Apollonius apud Priscianum (Keil, II 54,16) contendit: »Secundum Stoicos vero quinque sunt eius partes: nomen, appellatio, verbum, pronomen sive articulus, coniunctio.« et Dionysii Thracis scholiasta (517 33 Hilgard): Οἱ δὲ Στωικοὶ πέντε λέγουσιν. ὄνομα, προσηγορίαν, ἄρθρον, ῥῆμα, σύνδεσμον. Nomina eorum, qui numerum partium auxerunt, etiam indagare possumus. Conferatur enim Dion. Halicarn. de Dem. 48 p. 1101,4: »τοῖς πρώτοις μορίοις τῆς λέξεως, ἃ δὴ στοιχεῖα ὑπό τινων καλεῖται, εἴτε τρία ταῦτ' ἐστίν, ὡς Θεοδέκτῃ τε καὶ Ἀριστοτέλει δοκεῖ, ὀνόματα καὶ ῥήματα καὶ σύνδεσμοι, εἴτε τέτταρα ὡς τοῖς περὶ Ζήνωνα τὸν Στωικόν, εἴτε πλείω, δύο ταῦτα ἀκολουθεῖ μέλος καὶ χρόνος ἴσα. (sic in codice A.; εἴτε τέτταρα — Στωϊκόν om. Pv).[1]) Ita numerus orationis partium numerum Stoicorum categoriarum adaequavit. Hi enim quattuor categorias esse declarabant: 1. ὑποκείμενον, 2. ποῖα, 3. πῶς ἔχοντα, 4. πρός τί πῶς ἔχοντα.[2])

Chrysippus deinde vel Diogenes Babylonius nominibus appellationes adiecit, ut ex Diogene Laërtio (V 57) cognoscimus: τοῦ δὲ λόγου ἐστὶ μέρη πέντε, ὥς φησι Διογένης ἐν τῷ περὶ φωνῆς καὶ Χρύσιππος, ὄνομα, προσηγορία, ῥῆμα, σύνδεσμος, ἄρθρον; ὁ δ'Ἀντίπατρος καὶ τὴν μεσότητα τίθησιν ἐν τοῖς περὶ λέξεως καὶ τῶν λεγομένων. Eodem igitur loco Antipatrum Tarsensem, Diogenis Babylonii discipulum τὸ ἐπίρρημα vel μεσότητα partem orationis ceteris partibus adiecisse comperimus. Quae omnia Quintilianus cum tam obiter et leviter tangat, ipsum in his studiis historicis grammaticae artis multum versatum fuisse mihi persuadere non possum; haec omnia ex uno fonte breviter excerpsisse illum Dionysius Halicarnassensis

[1]) Cf. Rabe (l. l.) p. 38.

[2]) Cf. Schmidt. De Stoicorum grammatica p. 36 sqq.

ostendit.[1]) Pergit Fabius § 19: »Noster sermo articulos non desiderat, ideoque in alias partes orationis sparguntur. Sed accedit superioribus interiectio.« Hic sine dubio fontem Latinům offendimus, qui articulo deleto interiectionem inserit, ut numerus novem partium conservetur Conferatur Diomedes (Keil I 300,$_{26}$—301,$_{2}$): »Partes orationis sunt octo, nomen, pronomen, verbum, participium, adverbium, coniunctio, praepositio, interiectio; Scauro videtur et appellatio. Ex his primae quattuor declinabiles sunt, sequentes indeclinabiles. Latini articulum, Graeci interiectionem non adnumerant«.

Iam ad παρεπόμενα ὀνομάτων transit et Quintilianus (§ 22) et Sextus (§ 142). Fusius de hac artis parte Dionysii Thracis scholiasta agit, qui (Hilgard p. 217,$_{22}$) ad verba παρέπεται δὲ τῷ ὀνόματι πέντε, γένη, εἴδη, σχήματα, ἀριθμοί, πτώσεις adnotat: Παρεπόμενον δέ ἐστι συμβεβηκός, ὃ συμβέβηκεν ἀχώριστον ἢ χωριστόν, ἀχώριστον μέν, ὡς Αἰθίοπι τὸ μέλαν, χωριστὸν δέ, ὡς ἐμοὶ τὸ καθέζεσθαι· τοῦτο δὲ οὐχ ἑνός ἐστι μόνου [πραρεπόμενον] οἷον τὸ μέλαν Αἰθίοπι, κόρακι, πίσσῃ (παρέπεται)· οὕτω καὶ γένος καὶ εἶδος καὶ τὰ λοιπὰ οὐ μόνου τοῦ ὀνόματος, et similiter ibidem p. 360,$_{45}$. Conferatur nunc Fabii § 22 (c. IV): »Nomina declinare et verba imprimis pueri sciant.« et Sexti § 141: Ταῦτα μὲν οὖν καθολικώτερον πρὸς τὰ μέρη τοῦ λόγου ῥητέον· ἐμβάντες δὲ εἰς τὰς κατὰ μέρος παρ' αὐτοῖς περὶ τούτων τεχνολογίας πολὺν λῆρον εὑρήσομεν. καὶ τοῦτο πάρεστι μαθεῖν οὐκ ἐπὶ τὴν πᾶσαν ὕλην φοιτήσαντας (ἀδόλεσχον γάρ ἐστι καὶ γραμματικῆς γραολογίας πλῆρες), ἀλλ' ὅμοιόν τι τοῖς οἰνοκαπήλοις ποιήσαντες, καὶ ὃν τρόπον ἐκεῖνοι ἐξ ὀλίγου γεύματος τὸν ὅλον δοκιμάζουσι φόρτον, οὕτω καὶ αὐτοὶ ἓν λόγου μέρος προχειρισάμενοι, καθάπερ τὸ ὄνομα, ἐκ τῆς περὶ τούτου τεχνολογίας συνοψόμεθα καὶ τὴν ἐν τοῖς ἄλλοις τῶν γραμματικῶν ἐντρέχειαν. Sextus igitur hic nomina tantum perscrutatur, quorum genera et numeri commemorantur, omittuntur casus (§ 142): Αὐτίκα τοίνυν ὅταν τῶν ὀνομάτων τὰ μὲν ἀρσενικὰ φύσει λέγωσι, τὰ δὲ θηλυκά, τὰ δὲ

[1]) Recte igitur Uhligius (Dion. Thrac. ars gram. p. 23,$_{2}$) Quintilianum, cum in fine de octo vel novem partibus orationis, quas etiam ex Dionysii arte novimus, loquatur, hoc libro ipso usum esse negat.

οὐδέτερα, καὶ τὰ μὲν ἑνικὰ τῷ ἀριθμῷ, τὰ δὲ δυϊκά, τὰ δὲ πληθυντικά, καὶ ἤδη τὰς ἄλλας ἐπισυνείρωσι διαιρέσεις, ἐπιζητήσωμεν, τί ποτε ἔστι τὸ ἐπιφωνούμενον τοῦτο φύσει. Quintilianus primum generum mentionem fecit (§§ 23, 24), deinde fons Fabii de casibus tractatum praebuit (§ 26). Desunt hic numeri; sed praeterea verbi mutationes in iudicium vocantur (§ 27) et §§ 28 et 29 participia et adverbia cum verbo artius coniuncta obiter perstringuntur. Tria genera Sexti auctor agnoscit, tria in communem usum recepta esse Quintiliani auctor dicit, sed quasi in commentario etiam ad eorum, qui quinque esse contendunt, opiniones respicit (§ 23): »Atqui si quis et didicerit satis et (quod non minus deesse interim solet) voluerit docere quae didicit, non erit contentus tradere in nominibus tria genera et quae sunt duobus omnibusve communia. Nec statim diligentem eum putabo, qui promiscua, quae ἐπίκοινα dicuntur, ostenderit, in quibus sexus uterque per alterum apparet.« Non deerant certe in fonte communia illa sive κοινά, quae a ceteris proferuntur grammaticis.

Quinque haec genera a nonnullis discerni iam Dionysius Thrax commemorat (Uhlig. $24,_{6}$—$25,_{2}$): Γένη μὲν οὖν εἰσι τρία· ἀρσενικον, θηλυκόν, οὐδέτερον, ἔνιοι δὲ προστιθέασι τούτοις ἄλλα δύο, κοινόν τε καὶ ἐπίκοινον, κοινὸν μὲν οἷον ἵππος κύων, ἐπίκοινον δὲ οἷον χελιδών ἀετός[1]), ad quod scholiasta Thracis (Hilgard p. $218,_{18}$) addit: Κοινόν μέν ἐστιν, ὃ τὰς μὲν πτώσεις ἔχει τὰς αὐτάς, ὑποτάσσεται δὲ ἄρθροις διαφόροις, ἵππος βοῦς λίθος καὶ τὰ ὅμοια, κ. τ. λ... Ἐπίκοινον δέ ἐστιν, ὃ διὰ μιᾶς λέξεως τὸ ἀρσενικὸν καὶ τὸ θηλυκὸν σημαίνει τῷ ἑτέρῳ τῶν ἄρθρων προκατειλημμένων, ἤτοι ἀρσενικῷ ἢ θηλυκῷ.[2]) Quam partitionem

---

[1]) Huic sententiae Thracem ipsum non assentiri scholiasta his verbis significat (Hilg. $218,_{24}$): Ὁ τεχνικὸς δέ, ὅταν μὴ ἀρέσκηταί τινι ὑφ' ἑτέρων εἰρημένῳ, ἵνα μὴ δοκοίη κατὰ ἄγνοιαν παραλιμπάνειν, παρεμφαίνει διά τινος λέξεως, ὅτι οὐκ ἀρέσκεται τῇ δόξῃ.

[2]) Similia exhibent Georgins Charax a Sophronio Patriarcha Alexandriae excerptus (Hilgard gram. Graec. IV 2 p. 378) et Choeroboscus (Hilgard ibid. IV 1 p. 107). Praeterea Priscianus in arte grammatica (Keil II 141) eadem quinque nominis genera praebet.

e recentiorum Stoicorum libris depromptam esse verisimile est. Nam quinque orationis partes hos philosophos posuisse supra vidimus, quibus sine dubio etiam quinque παρεπόμενα nominis respondebant. Praeterea quinque orationis virtutes Stoici posuerunt teste Diogene Laërtio (VII 59): Ἀρεταὶ δὲ τοῦ λόγου εἰσὶ πέντε Ἑλληνισμός, σαφήνεια, συντομία, πρέπον, κατασκευή.[1] Dubium igitur esse non potest, quin Quintiliani auctor hanc Stoicorum in quinque partes partitionem respexerit; utrum ipse eam probaverit an non, equidem non diiudico.

Quae sequuntur (§ 24 sqq.) paulo fusius explicanda videntur. Generibus enumeratis Donatus (Keil IV 375,24) pergit: »Sunt praeterea alia sono masculina, intellectu feminina, ut Eunuchus comoedia, Orestes tragoedia, Centaurus navis; alia sono feminina, intellectu masculina, ut Fenestella scriptor, Aquila orator, alia sono neutra, intellectu feminina, ut Phronesium mulier vel Glycerium«[2]) (cf. Diom. Keil I. 328,32—34). Eadem eodem ordine iam Quintiliani auctor attulerat (cf. § 24: »aut quae feminina positione mares aut neutrali feminas significant«). Haec ita explicare conatus est, ut ἐπώνυμα ea esse, non vera nomina diceret et brevem de epithetis tractatum insereret. Nexum sententiarum Quintilianus parum intellexit, cum pergeret: »Scrutabitur ille praeceptor acer atque subtilis origines nominum, quae ex habitu corporis Rufos Longosque fecerunt, ubi erit aliud secretius, Sullae, Burri, Galbae, Plauti, Pansae Scauri taliaque, et ex casu nascentium, e. q. s.« Confirmatur sententia nostra, si Dionysii Thracis artem perscrutamur, ubi in tractatu, qui est de nominum speciebus legimus (Uhlig p. 34): Ἐπίθετον δέ ἐστι τὸ ἐπὶ κυρίων ἢ προσηγορικῶν ὁμωνύμως τιθέμενον καὶ δηλοῦν ἔπαινον ἢ ψόγον. Praeterea in octavo Varronis de lingua Latina libro tractatus, quo de declinatione nominum et de cognominibus agitur (§§ 1—17), conferatur.[1])

---

[1]) Cf. Striller, De Stoicorum studiis rhetoricis (»Breslauer philolog. Abhandlgn. I. 1886« p. 50 sqq.); G. Schepss, De soloecismo, dissertatio inauguralis Argentorat. 1875 p. 23.

[2]) Cf. Claussen l. l. p. 377.

Deinde § 26 Fabii tractatus de numero casuum disputatur, quam quaestionem postea apud grammaticos Latinos saepe offendimus.[2]) Hoc loco sextus ablativus nominatur, quod nomen Varro nondum novisse videtur. Caesaris in libris grammaticis utrum exstiterit diiudicari nequit; Plinius certe eo iam utitur teste Charisio (Keil I 122,16): »Ar litteris nomina neutralia terminata, item non minus ait Caesar, quia dativo et ablativo pari iure funguntur, ut idem Plinius scribit.« (Cf. Kuebler, Caesaris Com. III p. 143.)

Stoicos iam in Graeca lingua quinque casus agnovisse constat. Nam Chrysippum librum περὶ τῶν πέντε πτώσεων composuisse Diogenes testatur Laërtius (VII 7, 192). Non igitur mirum, quod totidem casus etiam Dionysius Thrax agnoscit.[3]) Qui numerus quinque casuum quando auctus sit, parum scimus. Quidam Graecae linguae sextum attribuerunt casum teste Prisciano (Keil II 187,10): »quamvis hunc (scil. ablativum) quoque a vetustissimis Graecorum accepisse videntur, qui sextum casum dicebant οὐρανόθεν, ἐμέθεν, σέθεν, ἕθεν, qui profecto ablativi vim possidet e. q. s.« (cf. idem III 3,18 sqq.). Hi igitur Latinam linguam iam respexisse videntur grammatici. Recentiores quoque grammaticos Graecos aliis de causis sex aut septem casus constituere conatos esse Dionysii scholia nos docent (l. l. 547,22 sqq.): τοῦτο δὲ τὸ ἐπιχείρημα τὸ ἀποδεικνύον, ὅτι ἓξ πτώσεις ὤφειλον εἶναι, τοῦ Ἀστυάγους ἐστίν. Ὁ δὲ Φιλόπονος προστίθησι καὶ ἄλλας ἐπιχειρήσεις,

---

[1]) Cf. Reitzenstein. »Varro u. Joh. v. Euch. p. 66—67.«

[2]) Cf. Claussen. l. l. p. 378 sqq.

[3]) Christus Aronis (Χρύσιππος γραμματικός, Dissertatio Ienensis 1885 p. 20/21) Chrysippum quattuor tantum casus statuisse putat eoque apud Diogenem scribendum esse »περὶ τῶν δ' πτώσεων«, quod quintus casus neque cum obliquis neque cum recto a Diogene commemoretur. Sed hoc obstare non videtur, quominus quintus quoque casus, quamquam ab aliis separatus a Chrysippo prolatus sit, praesertim cum quinque partes a Stoicis saepe proferri viderimus. Conferri potest, quod Dionysii scholiasta de hoc casu, quem tamen cum aliis commemorat, disserit (p. 148,19): Κλητικὴ δὲ οὐδέποτε συντίθεται διὰ τοιαύτην αἰτίαν. Ἡ κλητικὴ καὶ αὐτοτελής ἐστι καὶ δευτέρου προσώπου ἐστι καὶ πρός τινά ἐστι κ. τ. λ.

ὅτι ἑπτὰ πτώσεις ὤφειλον εἶναι. Sed Quintiliano hos Astyagis et Philoponi conatus notos non fuisse certum est.[1])

Nobis satis sit has quoque sententias apud Graecos ortas esse demonstravisse, a quibus certe auctor Quintiliani hanc sententiam accepit: »Quaerat etiam, sitne apud Graecos vis quaedam sexti casus et apud nos quoque septimi« (§ 26). Multis deinde locis grammaticorum posterioris latinitatis similia legimus.[2]) Cf. Donatus (Keil IV. 377,20): »Quidam adsumunt etiam septimum casum, qui est ablativo similis« et Diomedes (Keil I 317,23): »Hactenus de ablativo casu. Ceterum ab his quidam discrepant qui etiam septimum casum adsumunt, qui est ablativo similis, ratione autem non congruit« et Charisius (Keil I 36,12): »Septimus casus est sponte« et grammaticus incertus (Keil I 534,20): »Adicitur autem a diligentioribus etiam septimus casus.« Hos omnes imprimis Charisium e Palaemone pendere iam Christius (l. l. p. 124) probare conatus est.

Substantivis pertractatis verba sequuntur (§ 27). Hic quattuor παρεπόμενα Quintilianus enumerat: genera, qualitates, personas, numeros. Quas partes cum aliis quattuor iam apud Dionysium Thracem invenimus (Uhlig. 46/47): Παρέπεται δὲ τῷ ῥήματι ὀκτώ· ἐγκλίσεις, διαθέσεις, εἴδη, σχήματα, ἀριθμοί, πρόσωπα, χρόνοι, συζυγίαι. Alia quattuor an fons Quintiliani iam omiserit, vix dici potest.[3])

---

[1]) Commemoratur Astyages praeterea in anonymo de grammaticis tractatu apud Cramerum Anecd. Paris IV 195, 24 et in Etymologico Orionis (p. 69, 9 = 186, 26. Sturz).

[2]) Cf. Claussen l. l. pg. 378.

[3]) Mirum tamen videtur, quod tempora hic a Fabio omittuntur, et nescio an hoc quoque loco Stoicorum auctoritas nonnulli momenti fuerit, quos tempora a ceteris grammaticae artis partibus seiunxisse scimus (Schmidt l. l. p. 65). Pertractabatur ὁ χρόνος non in arte grammatica sed in physica, cf. Sext. Emp. ad. Physic. B. 218: ἐξ οὗ δῆλον γίνεται, ὅτι πρὸς τῷ ἀσώματον ὑπολαμβάνειν τὸν χρόνον ἔτι καὶ καθ' αὑτό τι νοούμενον πρᾶγμα δοξάζουσι τοῦτον et cf. Stobaeus: Physic. eclog. I. c. 8o,40. (Steinthal. Gesch. d. Sprachwissenschaft p. 300 sqq.)

Qualitates, quo vocabulo Fabius pro modis utitur (§ 27), Palaemonem dixisse Christius (l. l. p. 124) commemoravit. Itaque hic Quintilianum magistri artem respicere probabile est.

Simul cum verbo participium pertractatur sequente Quintiliano fontem paragraphi 19 (»deinde mixtum verbo participium«). Adverbia, quae et de nominibus et de verbis derivat auctor, si de verbis declinantur, cognatione quadam cum participio continentur (§ 29): »quaedam simile quiddam patiuntur vocabulis in adverbium transeuntibus. Nam ut 'noctu' et 'diu' ita 'dictu factuque'. Totus huius capitis finis valde contractus esse videtur. Fontem de his partibus fusius disseruisse apparet, si Charisii tractatum contemplamur (Keil I 164,18 sqq.): »Verbo accidunt qualitas, genus figura, numerus, modus, persona, coniugatio; qualitas verborum aut finita est, aut infinita«[1]) et ibidem (164,21): »Verborum genera sunt quinque, activum, ut lego scribo, passivum ut legor scribor, neutrum ut sedeo curro, commune ut adulor criminor, deponens, ut luctor convivor.«[2]) Quas quinque partes quinque nominis generibus masculino, feminino, neutri, communi, promiscuo respondere apparet. Pergit Charisius (Keil II 164,24): »Praeterea sunt et impersonalia, ut sedetur, itur, videtur. Non minus et illa impersonalia dicuntur, ut taedet, pudet, paenitet.« Conferri cum his potest illud Fabii (§ 28) »Iam itur in antiquam silvam nonne propriae cuiusdam rationis est? nam quod initium eius invenias? cui simile 'fletur': accipimus aliter, ut

panditur interea domus omnipotentis Olympi,

aliter, ut totis usque adeo turbatur agris. Est etiam quidam tertius modus ut 'urbs habitatur', unde et 'campus curritur' et 'mare navigatur'« et (§ 29) »quaedam tertiae demum personae figura dicuntur, ut 'licet, piget'.« Auctor Fabii initio paragraphi 29 disserens: »'pransus' quoque ac

[1]) Discrimen qualitatis finitae et infinitae nomini et appellationi respondere videtur.

[2]) Cf. Donatus (Keil IV 413, 35 sqq.).

'potus' diversum valet quam indicat« respicit sine dubio illud (§§ 24/25) »aut quae feminina positione mares aut neutrali feminas significant, qualia sunt 'Murena' et 'Glycerium'«. Conferatur ad singula exempla Charisius (175,$_{25}$, 179,$_{29}$, 249,$_{8.18}$).[1])

## III.

Capite quinto ad eas grammaticae partes, quae necessario cum arte rhetorica cohaerent, ad virtutes vitiaque orationis auctor Quintiliani transit. Primum totius capitis argumentum breviter nobis contemplandum erit. Postquam (§§ 1—4) de virtutibus orationis vitiisque eis contrariis actum est, sequitur §§ 5—33 de barbarismo tractatus, qui ipse in vitia scribendi (§§ 5—17) et vitia, quae in dicendo fiunt, dividitur (§§ 17—33); et hae duae partes in quaternas dividuntur. Continet enim §§ 5—17 vitia, quae fiunt adiectione, detractione, immutatione, transmutatione, et §§ 17—33 illa, quae divisione, complexione, spatio, sonis oriuntur. Ipsis autem sonis continetur primum aspiratio, deinde tenor vel accentus, denique vitia, quae ore et lingua accidunt.

Sequitur (§§ 33—54) tractatus de vitiis, quae ex pluribus vocibus fiunt vel de soloecismo et caput V dissertatione de singulorum verborum vitiis virtutibusque concluditur sequente auctore ordinem § 3 institutum. (»Singula sunt aut nostra aut peregrina, aut simplicia aut composita, aut propria aut translata, aut usitata aut ficta.«) Quam arte autem hic totus tractatus, quamquam saepe a grammaticis vindicatus est, tamen cum rhetorica coniunctus sit,[2]) eo cognoscimus, quod multos locos in hoc capite invenimus, de quibus Quin-

---

[1]) Cf. Claussen l. l. p. 378.

[2]) Quam saepe haec de virtutibus vitiisque orationis doctrina a rhetoribus prolata et repetita sit, multis exemplis, ut recte me admonuit Bruno Keil, rhetorum Graecorum edocemur. Nonnulla collegit R. Volkmann (»Die Rhetorik der Griechen und Römer p. 461 sqq.«). Imprimis Dionysius Halicarnasseus et Longinus hic respiciendi erunt.

tilianus etiam in posterioribus libris disserit. Conferri potest § 5, ubi de vitiis, quae interim excusantur aut consuetudine aut vetustate aut auctoritate aut denique vicinitate virtutum, tractatur: »saepe a figuris ea separare difficile est. Ne qua tam lubrica observatio fallat, acriter se in illud tenue discrimen grammaticus intendat, de quo nos latius ibi loquemur, ubi de figuris orationis tractandum erit«, i. e. in libro XI. Sed nunc in medias res progrediamur.

Novo initio sumpto Quintilianus tres esse orationis virtutes dicit, ut emendata, ut dilucida, ut ornata sit. Addit usu venisse etiam aliam definitionem, qua quarta virtus apte dicendi adiungeretur, sed auctorem suum primarium nisum aliorum iudicio illud apte dicere ornatui subiungere.

Priusquam ad singula transeam, unde nata sit illa virtutum enumeratio breviter exponam. Iam Aristoteles in arte poetica (c. 22) scribit: λέξεως δὲ ἀρετὴ σαφῆ καὶ μὴ ταπεινὴν εἶναι. Ad hanc definitionem respiciens ille in tertio rhetorices libro praescribit[1]) (c. II): Ἔστω οὖν ἐκεῖνα τεθεωρημένα καὶ ὡρίσθω λέξεως ἀρετὴ σαφῆ εἶναι· σημεῖον γάρ, ὅτι ὁ λόγος, ἐὰν μὴ δηλοῖ, οὐ ποιήσει τὸ ἑαυτοῦ ἔργον· καὶ μήτε ταπεινὴν μήτε ὑπὲρ τὸ ἀξίωμα, ἀλλὰ πρέπουσαν : ἡ γὰρ ποιητικὴ ἴσως οὐ ταπεινή, ἀλλ' οὐ πρέπουσα λόγῳ. Illud autem quasi fundamentum subesse volebat τὸ ἑλληνίζειν (cf. c. V 1,1: Ἔστι δ'αρχὴ τῆς λέξεως τὸ ἑλληνίζειν), quod et ipsum brevi post inter virtutes receptum est. Vides duplicem inde ab iis, qui et poetarum et scriptorum dictionem respiciebant, canonem effici potuisse, quadripertitum alterum (ἑλληνισμός, σαφήνεια, πρέπον, μεγαλοπρεπές), alterum tripertitum, in quo πρέπον et μεγαλοπρεπές unam efficiebant partem. Priorem invenimus apud Ciceronem, qui in libris de oratore sic disserit (I 144): »Audieram etiam, quae de orationis ipsius ornamentis traderentur, in quo praecipitur primum, ut pure et Latine loquantur, deinde ut plane et dilucide, tum ut ornate, post ad rerum dignitatem apte et quasi decore« et ibidem (III 37): »Quinam igitur dicendi

---

[1]) Quod iam Strillerus annotavit l. l. p. 50/51.

usus est melior, nam de actione post videro, quam ut Latine, ut plane, ut ornate, ut ad id, quodcumque agitur, apte congruenterque dicamus«. Neque non libellus, qui Orator inscribitur adhiberi potest (§ 79): »Sermo purus erit et Latinus, dilucide planeque dicetur, quid deceat circumspicietur, unum aberit, quod quartum numerat Theophrastus in orationis laudibus, ornatum illud suave et affluens.« Num Cicero hic ipsius Theophrasti sententiam proferat, dubitaverim;[1]) sed certum est Tullium quattuor orationis vir-

[1]) Cum Cicero in Oratore (§ 79) Theophrasti mentionem faciat, quaerendum nobis erit, Theophrastusne iam quattuor virtutes a Cicero hoc loco prolatas statuerit. Primus M. Schmidt (De Theophrasto rhetore p. 45) Simplicii ad Aristotelem commentariis adhibitis numerum virtutum orationis a Theophrasto constitutarum sese definire posse putavit. Legimus ibi (comment. ad Aristot. categ. p. 3 B ed Bas. 1551): καθ' ὃ μὲν γὰρ λέξεις ἄλλας ἔχουσι πραγματείας, ἃς ἐν τῷ περὶ τοῦ λόγου στοιχείων ὅ τε Θεόφραστος ἀνακινεῖ καὶ οἱ περὶ αὐτὸν γεγραφότες, οἷον πότερον ὄνομα καὶ ῥῆμα τοῦ λόγου στοιχεῖα, ἢ καὶ ἄρθρα καὶ σύνδεσμοι καὶ ἄλλα τινά. λέξεως δὲ ταῦτα μέρη, λόγου δὲ ὄνομα καὶ ῥῆμα. καὶ τίς ἡ κυρία λέξις, τίς δὲ ἡ μεταφορική. καὶ τίνα τὰ πάθη αὐτῆς, οἷον τί ἀποκοπή, τί συγκοπή, τί ἀφαίρεσις· τίνες αἱ ἁπλαῖ, τίνες αἱ σύνθετοι, τίνες αἱ ὑποσύνθετοι, καὶ ὅσα τοιαῦτα. καὶ ὅσα περὶ ἰδεῶν εἴρηται· τί τὸ σαφὲς ἐν ταῖς λέξεσιν, τί τὸ μεγαλοπρεπές τί τὸ ἡδὺ καὶ τὸ πιθανόν. Virtutes autem orationis hic τὸ σαφές, τὸ μεγαλοπρεπές, τὸ ἡδύ, τὸ πιθανόν esse Schmidtius censuit (Similiter Janius ad Oratoris paragraphum 79). Sed hanc sententiam recte H. Rabius (l. l. p. 42) mihi refutavisse videtur et his quidem verbis: »hic virtutes singulorum verborum tractantur sicut totus liber, cuius argumentum Simplicius tradit, de iis tantum est, quae verbis singulis accidunt.« Deinde Strillerus (l. l. p. 51) loco collaudato Oratoris Ciceronis nisus (§ 79) Theophrastum has quattuor orationis laudes posuisse putavit: τὸ ἑλληνίζειν, τὸ σαφές, τὸ πρέπον, τὸ ἡδύ vel γλάφυρόν. Sed huic quoque opinioni cum Rabio mihi obsistendum est, qui (l. l. p. 17) Aristotelis Theophrastique librorum praeter dialogos ne unum quidem a Cicerone inspectum esse demonstravit, et nos ex Dionysii Halicarnassensis scriptis et Demetrii longe plures quam quattuor laudes vel virtutes conferre posse. (Nomen ἀρετῆς τῆς λέξεως apud Theophrastum omnino nondum invenitur.) Theophrastus igitur nullum certum virtutum vel laudum numerum constituisse videtur. Nam legimus apud Dionysium Halicarnassensem (De Isocr. iud. 3, p. 539—540) Theophrastum trifariam de virtutibus ornatae atque elatae orationis egisse (cf. Rabius l. l. p. 45, Volkmann, Rhetorik p. 394): καθόλου δὲ τριῶν ὄντων, ὥς φησι Θεόφραστος ἐξ ὧν γίνεται τὸ μέγα καὶ σεμνὸν καὶ περιττὸν ἐν λέξει, τῆς τε ἐκλογῆς

tutes posuisse, ut Latine, ut plane (dilucide), ut ornate, ut apte dicatur. Quam partitionem, si cum Quintiliano comparamus, huic quattuor Ciceronis partes haud ignotas fuisse invenimus. Nam dicit: »Iam cum omnis oratio tres habeat virtutes, ut emendata (Latina), ut dilucida (plana), ut ornata sit (quia dicere apte, quod est praecipuum, plerique ornatui subiciunt)«. Quartum hoc dicere apte necessarium et haud contemnendum oratori esse Quintilianus ipse alio loco declarat (VIII 3, 42) »Igitur ante omnia ne speremus ornatam orationem fore, quae probabilis non erit,« et (VIII 3, 43.) »probabile autem Cicero id genus dicit, quod non plus minusve est quam decet«.

Partitionem quadripertitam virtutum orationis iam ante Chrysippi aetatem constitutam esse demonstrare possumus. Nam ille Stoicus iam quinque virtutes (ἑλληνισμός, σαφήνεια, συντομία, πρέπον, κατασκευή, i. e. μεγαλοπρεπές) posuit teste Diogene Laertio (VII 59). Addita est a Stoicis συντομία, quam hi philosophi valde laudabant. Conferri potest Varronis de lingua Latina liber VIII (§ 26): »Omnis oratio cum debeat dirigi ad utilitatem, ad quam tum denique pervenit, si est aperta et brevis«. Stoici philosophi doctrinam (L. Aelii Stilonis) hic proferri Reitzensteinius (»Varro u. Joh. v. Euchaita p. 52«) demonstravit.

Enumeratio trium virtutum, quam fons Quintiliani sequi maluit, sine dubio nobis illam Sexti (Asclepiadis) partitionem in memoriam revocat, quae multis tractatus locis tres partes complectitur. Mentionem facio totius tractatus trium partium τεχνικοῦ, ἱστορικοῦ, ἰδιαιτέρου, e quibus ἱστορικόν complectitur tres partes, ἱστορίαν ἀληθῆ, ψευδῆ, ὡς ἀληθῆ· τῆς ἀληθοῦς rursus tres partes sunt (cf. § 253): ἡ μὲν γάρ ἐστι περὶ τὰ πρόσωπα,

---

τῶν ὀνομάτων καὶ τῆς ἐκ τούτων ἁρμονίας καὶ τῶν περιλαμβανόντων αὐτὰ σχημάτων κ. τ. λ. Praeterea alias partes invenimus, quas omnes Rabius in fine dissertationis suae eruere conatus est (p. 41 sqq.), quarum sunt virtutes singulorum verborum, σαφές, καλόν, μεγαλοπρεπές, ἡδύ, πιθανόν, πρέπον, virtutes orationis continuae, ἑλληνισμός, σαφές, σύντομον, μεγαλοπρεπές, πιθανόν, πρέπον, virtutes compositionis ἡδύ, καλόν, μεγαλοπρεπές, πρέπον, πιθανόν.

θεῶν καὶ ἡρώων καὶ ἀνδρῶν ἐπιφανῶν, ἡ δὲ περὶ τοὺς τόπους καὶ χρόνους, ἡ δὲ περὶ τὰς πράξεις. Quintilianus, qui grammaticum nihil nisi emendate loqui docere vult, hanc trium orationis virtutum partitionem certe non excogitavit, hoc fecit, qui grammatico summum de omnibus iudicium ascripsit, et si Sextum inspicimus, etiam de virtutibus et vitiis poematum auctorem communem locutum esse videmus. Dicit enim in fine fere totius tractatus (§§ 318—320) inter omnes poematis virtutes primam esse σαφήνειαν: ἄριστον δὲ ποίημά ἐστι κατ' αὐτοὺς τὸ σαφές· ἀρετὴ γὰρ ποιήματος ἡ σαφήνεια. Nihil autem obstat, quominus hoc Asclepiadi vindicemus. Myrleanum doctrinam virtutum orationis imprimis tertiae parti τῷ ἰδιαιτέρῳ (Sexti), id est iudicio, subiecisse ex Sexti loco apparet. Nunc intellegimus, cur Quintilianus de tribus virtutibus loquendi in capite quinto et sexto solam regulam emendate loquendi vel Latinitatem vitiaque illi contraria pertractet: auctor Fabii in prima parte, τῷ τεχνικῷ, tantum περὶ τοῦ ἑλληνισμοῦ (de emendate loquendi regula) disseruit (cf. Sexti libri §§ 176—247), ceterae virtutes, e quibus apud Sextum unam σαφήνειαν, i. e. dilucide loquendi regulam, offendimus, sine dubio in tertia parte pertractatae erant et a Fabio qui hanc partem (iudicium) obiter tangit arti rhetoricae (cf. lib. IX) insertae sunt. Quintiliani regula emendate loquendi recte loquendi scientiae capitis IV (§ 2) respondet, quae grammatices prior pars est.

Exigitur autem haec emendate loquendi virtus primum singulis verbis deinde compluribus.[1]) De verbis singulis Fabius sic agit (c. V 3): »Uni verbo vitium saepius quam virtus inest. Licet enim dicamus aliquid proprium, speciosum, sublime, nihil tamen horum nisi in complexu loquendi serieque contingit; laudamus enim verba rebus bene accomodata.[2]) Sola est, quae notari possit velut vocalitas, quae

---

[1]) Hoc singulorum pluriumque verborum discrimen iam Aristoteles et Theophrastus nonnullis locis faciunt (cf. Rabe, l. l. p. 41 sqq.);

[2]) Nam in contextu tantum orationis, quae intercedat ratio inter τὸ νοούμενον et τὸ λεγόμενον, apparere potest. Totum igitur illud, quod ἀκυρολογίαν

εὐφωνία dicitur; cuius in eo delectus est, ut inter duo, quae idem significant ac tantundem valent, quod melius sonet, malis«. Quem locum respiciens Fabius alio loco (l. VIII c. 3, 38) dicit: »Translata probari nisi in contextu sermonis non possunt. Itaque de singulis satis dictum, quae ut alio loco ostendi, per se nullam virtutem habent«. Unius igitur verbi virtus sola est εὐφωνία vel vocalitas, quae iudicio probatur. In complexu loquendi tres virtutes inveniuntur, proprium, quod dilucide loquendo (τῇ σαφηνείᾳ) respondet, et speciosum et sublime, quae ornatui eiusve partibus τῷ πρέποντι et τῷ μεγαλοπρεπεῖ respondent.

Conferri potest illud Theophrasti apud Demetrium (De elocutione § 173): Ποιεῖ δὲ εὔχαριν τὴν ἑρμηνείαν καὶ τὰ λεγόμενα καλὰ ὀνόματα. ὡρίσατο δ' αὐτὰ Θεόφραστος οὕτως· κάλλος ὀνόματός ἐστι τὸ πρὸς τὴν ἀκοὴν ἢ πρὸς τὴν ὄψιν ἡδύ, ἢ τὸ τῇ διανοίᾳ, ἔντιμον. Hic τὸ τῇ διανοίᾳ ἔντιμον Quintiliani virtutes proprium speciosum sublime sine dubio includit, quarum trium virtutum discrimen Theophrasti aetate nondum factum erat.[1])

---

vocant, vitium non ad singula verba pertinet, ut recte sensit Quintilianus (c. V 46): »ego dubito an id (magnum peculiolum) improprium potius appellem, significatione enim deerrat.«

[1]) Theophrastum iam περὶ εὐφωνίας egisse probabile est. Nam hunc praeter virtutes orationis etiam verbi laudes posuisse supra vidimus. (cf. Rabius l. l. p. 43—44). Etiamsi εὐφωνίαν ipsam in philosophi fragmentis non invenimus, tamen similibus verbis ad verborum pulchritudinem significandam utitur (cf. Dion. de comp. 16, 120.): Φημὶ δὲ τὸν βουλόμενον ἐργάσασθαι λέξιν καλὴν ἐν τῷ συντιθέναι τὰς φωνάς, ὅσα καλλιλογίαν καὶ μεγαλοπρέπειαν ἢ σεμνότητα περιείληφεν ὀνόματα εἰς τοῦτο συνάγειν. εἴρηται δέ τινα περὶ τούτων καὶ Θεοφράστῳ τῷ φιλοσόφῳ, κοινότερον ἐν τοῖς περὶ λέξεως, ἔνθα ὁρίζει, τίνα ὀνόματα φύσει καλά, .... Καὶ μὰ Δία οὐκ ἀπὸ σκοποῦ ταῦτα τῷ ἀνδρὶ εἴρηται· εἰ μὲν οὖν ἐγχωροίη πάντα εἶναι τὰ μόρια τῆς λέξεως, ὑφ' ὧν μέλλει δηλοῦσθαι τὸ πρᾶγμα, εὔφωνά τε καὶ καλλιρρήμονα, μανίας ἔργον ζητεῖν τὰ χείρω. Vocem εὔφωνα ex ipsius Theophrasti libro depromptam esse hoc loco apparet, item verba Demetrii (De elocutione § 173) supra commemorata pro testimonio hic afferri possunt. Deinde Lucilius de εὐφωνίᾳ loquitur (lib. IX frag. 33 Mueller p. 138 Lachmann) teste Fortunatiano, Stoico rhetore (III 6 p. 124 H.): »Quid hic aliud observabimus? ut quae verba magis sonantia sunt, ea

Singulis virtutibus totidem vitia opponuntur (c. V 1): »totidem vitia, quae sunt supra dictis contraria.« Quae virtutum vitiorumque comparatio antiquissima est.[1]) In lexico Vindobonensi a Nauckio edito legimus (p. 295): Τρεῖς οὖν γίνονται κακίαι περὶ λόγον: σολοικισμός, βαρβαρισμὸς καὶ ἀκυρολογία. Postea numerus vitiorum cum virtutibus auctus est. Conferri potest appendix ad Ammonii de differentia affinium vocabulorum librum a Valkenario editum. Ibi (p. 193) profertur: Τοῦ λόγου ἀρεταὶ μέν εἰσιν ἕξ· ἑλληνισμός, σαφήνεια, κυριολογία, συντομία, εὐσυνθεσία, εὐπρέπεια, κακίαι δὲ ταύταις, ἀντικείμεναι ὁμοίως ἕξ: βαρβαρισμός, ἀσάφεια, ἀκυρολογία, μακρολογία, κακοσυνθεσία, ἀπρέπεια.

In singulis verbis (§ 3) apud Fabium partitionem quattuor partes complectentem offendimus. Nam sunt singula verba aut nostra aut peregrina, aut simplicia aut composita, aut propria aut translata, aut usitata aut ficta.[2])

Si nunc hunc totum Quintiliani tractatum cum Sexti dispositione comparamus, magnam differentiam invenimus. Sexti auctor tractatu περὶ τοῦ λόγου καὶ τῶν τούτου μερῶν absoluto (§ 168), περὶ ὀρθογραφίας disserit (§ 169—175) deinde περὶ ἑλληνισμοῦ (§ 176—247). Inseritur huic parti de barbarismo et soloecismo brevis tractatus (§ 210 sqq.), quae vitia recte loquendi rationi opponuntur. Quem ordinem a Fabii auctorem valde mutatum esse videmus. Qui cum discrimen loquendi et scribendi initio (c. IV 2) iam fecerit, de orthographia in fine totius de emendate loquendo tractatus disserit. Inter tractatus, quibus partes orationis et emendate loquendi regula pertractantur, duo alii interiecti sunt, unus, quem tertiae Asclepiadis parti insertum fuisse supra demonstravimus (de vir-

potius collocemus; quae Lucilius εὔφωνα appellat.« Strillerus (l. l. p. 49—50) hanc εὐφωνίας doctrinam a Panaetio Stoico, vel Diogene Babylonio originem duxisse dilucide probavit. Stoicos e Theophrasti libris hausisse verisimile est. Itaque Fabii auctorem hoc loco, ubi de vocalitate agit, Stoicorum doctrinis imbutum fuisse nostro iure statuimus.

[1]) Cf. Reitzensteinius (»Varro u. Joh. v. Euchaita p. 90«).

[2]) Quae partitio quam antiqua fuerit fortasse arti quadripertitae subiecta, Usenerus l. l. p. 582 sqq. demonstrare conatus est.

tutibus orationis §§ 1—4) alter, quo de barbarismi et soloecismi foeditate agitur. Hunc igitur de barbarismo soloecismoque tractatum apud Fabii auctorem quasi peculiarem offendimus, quem absolutum tota de Latinitate dissertatio sequitur (c. V 55 — VII 35). Quo tractatu interposito institutum ordinem turbatum esse Fabius ipse mihi significare videtur his verbis (c. V 55): »Hoc amplius, ut institutum ordinem sequar, verba aut Latina aut peregrina sunt.«

## IV.

De barbarismo, vitio, quod fit in singulis verbis, Fabius §§ 5—33 capitis V agit; sequitur de soloecismo tractatus, vitio, quod ex pluribus vocibus est (§§ 34—54). Quae doctrina, quamquam apud alios etiam grammaticos Latinos praeter Quintilianum invenitur (cf. Usenerus l. l. p. 629), tota ex Graecorum libris exorta est. Conferri potest Diogenis Babylonii Stoici sententia apud Diogenem Laertium (VII 40): ὁ δὲ βαρβαρισμὸς λέξις ἐκ τῶν κακιῶν ἐστι παρὰ τὸ ἔθος τῶν εὐδοκιμούντων Ἑλλήνων, σολοικισμὸς δέ ἐστι λόγος ἀκαταλλήλως συντεταγμένος. Apud Sextum (l. l. § 210) haec definitio exstat: ὁριζόμενοι γὰρ τόν τε βαρβαρισμὸν καὶ τὸν σολοικισμὸν φασὶ "βαρβαρισμός ἐστι παράπτωσις ἐν ἁπλῇ λέξει παρὰ τὴν κοινὴν συνήθειαν" καὶ "σολοικισμός ἐστι παράπτωσις ἀσυνήθης κατὰ τὴν ὅλην σύνταξιν καὶ ἀνακόλουθος". In Dionysii Thracis scholiis legimus (p. 170,21): Τέλος τὸ μὴ ἁμαρτάνειν μήτε περὶ μίαν λέξιν, μήτε περὶ πλείονας. τὸ γὰρ περὶ μίαν ἁμαρτάνειν βαρβαρισμός ἐστιν, τὸ δὲ περὶ πλείονας σολοικισμός· σολοικισμὸς δέ ἐστιν ὁ τοῦ σῴου λόγου αἰκισμός, ἤγουν ἡ ὕβρις ὁλοκλήρου λόγου... Quae definitio (ὁ τοῦ σῴου λόγου αἰκισμός) Stoicorum doctrinam redolere videtur.[1])

Excusantur autem haec vitia apud Fabium (c. V 5) consuetudine aut auctoritate aut vetustate aut denique vicinitate virtutum. Haec enim vitia separare a figuris difficile

---

[1]) Cf. Reitzensteinius l. l. p. 90/91.

est; de figuris autem, cum ad artem rhetoricam pertineant, alio loco (lib. IX c. 1—3) agitur. Partitur Fabius barbarismum, qui fit in scribendo (§§ 5—17), ut iam supra commemoravimus, hoc modo: »Continetur hoc vitium: adiectione, detractione, immutatione, transmutatione«. Deinde priusquam ad singula se convertat Fabii auctor, haec fere de ipso barbarismi vocabulo praefatur, quae Graecis verbis primum perspicuitatis causa exprimere liceat: τριχῶς λέγεται ὁ βαρβαρισμός· κατ' ἔθνος, κατ' ἦθος κατὰ γραμματικήν.[1]) Quintilianus sic loquitur (V 7 sqq.): doctiores multa adicient, vel hoc primum, quod barbarismum pluribus modis accipimus. Unum gente, quale fit, si quis Afrum vel Hispanum Latinae orationi nomen inserat.... (§ 8). Alterum genus barbarismi accipimus, quod fit animi natura, ut is, a quo insolenter quid aut minaciter aut crudeliter dictum sit, barbare locutus existimatur (§ 9). Tertium est illud vitium barbarismi, cuius exempla vulgo sunt plurima, sibi etiam quisque fingere potest, ut verbo cui libebit, adiciat litteram syllabamve vel detrahat aut aliam pro alia aut eandem alio, quam rectum est, loco ponat (§ 10).« Hic (tertia pars) est ille barbarismus, qui imprimis a grammatico pertractatur, ad quem respiciunt illae in vitia loquendi et scribendi partitiones, quas supra (§ 6) legimus.[2])

---

[1]) Exemplo rem illustremus: tractatum περὶ προσῳδιῶν sic incipit Choeroboscus (Schol. Dionys. Thrac. 124, 26 Hilg.): Ἰστέον ὅτι τριχῶς λέγεται ἡ προσῳδία· καὶ ⟨γὰρ⟩ ἡ παρὰ τοῖς μουσικοῖς, τουτέστι τὸ στόμα καὶ ἡ ἐκφώνησις τῶν αὐλῶν, λέγεται προσῳδία· καὶ ἡ ἐν τῇ ἐκφωνήσει γινομένη, τουτέστιν ἐν τῷ παροξύνεσθαι λέξιν ἢ ὀξύνεσθαι ἢ περισπᾶσθαι λέγεται προσῳδία· καὶ αὐτὸς ὁ χαρακτὴρ τῶν τόνων καὶ τῶν χρόνων καὶ τῶν πνευμάτων, κ. τ. λ. Ad rem a Choerobosco tractatam non nisi tertium prosodiae genus pertinet. Comparato iam Quintiliano apparet, ut Reitzensteinius me monet, non solum hunc commentandi morem in arte grammatica pervetustum esse, sed etiam formulas introductionesque, quibus Choeroboscus aliique utuntur iam primo p. Chr. n. saeculo adhibitas esse. Totus enim Quintiliani tractatus inde illustratur.

[2]) Usenerus (l. l. p. 628) hanc huius tractatus (c. V 5—34) partitionem profert: »Die am einzelnen Wort begangenen Sprachfehler können entstehen

A. durch Anwendung von Fremdworten,

B. durch Fehler des Denkens oder Empfindens,

C. in der Schrift,

Nunc ad Graecos nos convertamus, ubi saepe duo vitia soloecismi et barbarismi uno loco pertractari vidimus. Quintiliani quattuor partes, adiectionem, detractionem, immutationem, transmutationem, apud Polybium grammaticum in appendice Lexici Vindobonensis offendimus (p. 283): Βαρβαρισμός ἐστι ἁμάρτημα ἐν μιᾷ λέξει παρὰ τὴν παρ' ἑκάστοις συνήθειαν. γίνεται δὲ κατὰ τρόπους τέσσαρας· ἔνδειαν (detractionem), πλεονασμόν (adiectionem), μετάθεσιν (transmutationem), ἐναλλαγήν (immutationem), ἥτις καὶ ἀντίθεσις καλεῖται.

Necessario cum hac de barbarismo sententia illa coniuncta est, quam Quintilianum (§ 11) proferre videmus: »Scire autem debet puer haec apud scriptores carminum aut venia digna aut etiam laude duci«.

Adiectiones igitur, detractiones, immutationes, transmutationes, quae apud poetas accidebant, non pro barbarismis sed pro figuris habebantur. Ipsa illa partitio quem ad fontem redeat, Varronis edocemur sexto de lingua Latina

---

a) adiectione,
b) detractione,
c) immutatione,
d) transmutatione,

D. in der Aussprache:
a) divisione,
b) complexione,
c) aspiratione,
d) sono.«

Quattuor partes ab Usenero litteris A B C D significatas ex hoc loco Fabii artis nullo modo eruere possum. Nam primum tres tantum partes verbis 'unum', 'alterum', 'tertium' Quintilianum ipsum significare videmus; deinde, quod mihi maximi momenti est, tertium solum genus barbarismi a grammatico respici potest, cui soli vitia scribendi et dicendi (Useneri partes C et D) eorumque partes subiecta sunt. In hoc tantum genere adiectionem, detractionem, immutationem, transmutationem, divisionem, complexionem, aspirationem, sonum invenire possumus (cf. § 6 et § 10 »Tertium est illud vitium barbarismi, cuius exempla vulgo sunt plurima, sibi etiam quisque fingere potest, ut verbo, cui libebit, adiciat litteram syllabamve vel detrahat, aut aliam pro alia aut eandem alio, quam rectum est; loco ponat.«). Primum barbarismi genus (§ 7) non ad grammaticum, sed ad rhetorem, alterum, quod fit animi natura (§ 9), neque ad hunc neque ad grammaticum spectat.«

libro (§ 2): »Huius rei auctor satis mihi Chrysippus et Antipater et illi, in quibus, si non tantum acuminis, at plus litterarum, in quo est Aristophanes et Apollodorus, qui omnes verba ex verbis ita declinari scribunt, ut verba litteras alia assumant, alia mittant, alia commutent, ut fit in Turdo, in Turdario, in Turdelis.« Hic igitur tres partes offendimus, quibus quarta sine dubio postea adiecta est. Respondet huic Varronis loco antiquus de barbarismo tractatus, quem Valckenarius primum Ammonio subiunxit (p. 191): Γίνεται δὲ ὁ βαρβαρισμὸς ἐν τῇ λέξει περὶ πλεονασμὸν στοιχείου, περὶ ἔνδειαν, περὶ ἐναλλαγήν, περὶ τόνον, περὶ χρόνον, περὶ πνεῦμα. Tria igitur vitia, quae fiunt in scribendo, tria quae in dicendo accidunt, in hoc tractatu offendimus.

Aliam doctrinam ex Dionysii scholiis eruere possumus, ubi (p. 447,18 Hilg.) legimus: Βαρβαρισμός ἐστιν ἁμάρτημα προφορᾶς ἐν λέξει γινόμενον. γίνεται δὲ περὶ τόνους, ὡς, εἴ τις τὸ Αἴας ὀξύνει· περὶ χρόνους, ὡς εἴ τις τοῦ Αἴας τὸ ᾶς συστέλλει· περὶ πνεύματα, ὡς εἴ τις τὸ Ἅιδης ψιλοῖ· περὶ γραφήν, ὡς εἴ τις λέγει τὸ Λάχης διὰ τῆς ει διφθόγγου γράφεσθα, ὀφεῖλον διὰ τοῦ η· περὶ κλίσιν, ὡς εἴ τις τὸ Αἴας ἰσοσυλλάβως κλίνει, ὀφεῖλον περιττοσυλλάβως· περὶ διάλεκτον, ὡς εἴ τις προαιρούμενος ἀττικίζειν ἄλλην ἐγκαταμίξει λέξιν χωρίς τινος ἀναλογίας, ὡς εἰώθασιν οἱ κωμικοί· τοῦτο δὲ σαρκασμὸν καλοῦσιν· περὶ τοὺς τῶν συλλαβῶν μερισμούς, ὡς εἴ τις τὰς διφθόγγους διαλύει, οἷον παῖς πάϊς· περὶ λέξιν ξένην, ὡς εἴ τις τὸν κλάδον τοῦ φοίνικος βαῒον ὀνομάζει, δέον λέγεσθαι ὁμωνύμως τῷ φυτῷ. Sed etiam huius doctrinae vestigia apud Fabium (V 13) invenimus: »Similiter alia: nam sive est 'adsentior', Sisenna dixit 'adsentio' multique et hunc et analogiam secuti, sive illud verum est, haec quoque pars consensu defenditur: at ille pexus pinguisque doctor aut illic detractionem aut hic adiectionem putabit. Quid quod quaedam, quae singula procul dubio vitiosa sunt, iuncta sine reprehensione dicuntur? Nam et 'dua' et 'tre' diversorum generum sunt barbarismi, at 'duapondo' et 'trepondo' usque ad nostram aetatem ab omnibus dictum est et recte dici Messala confirmat.« Nonne hic 'adsentio' et

'dua' et 'tre' barbarismi sunt, quae fiunt declinatione, i. e. ἁμαρτήματα γιγνόμενα περὶ κλίσιν, quae Fabius ipse non detractione aut adiectione fieri dicit? Itaque dubium esse non potest, quin Quintilianus in hoc de barbarismo tractatu (§§ 5—17) non unius auctoris sententiam proferat, sed paragraphos 13—17 ex alio fonte repetierit. Quin etiam § 16 barbarismos fieri per numeros et genera dicit sicut soloecismos. Conferatur enim c. V 41: »Immutatio sine controversia est, cum aliud pro alio ponitur. Id per omnes orationis partes deprehendimus, frequentissime in verbo, quia plurima huic accidunt, ideoque in eo fiunt soloecismi per genera e. q. s.«

Nunc ad Sextum redeamus. Cuius barbarismi definitio "βαρβαρισμός ἐστι παράπτωσις ἐν ἁπλῇ λέξει παρὰ τὴν κοινὴν συνήθειαν" sine dubio ex Stoicorum libris deprompta est, qui unam τοῦ Ἑλληνισμοῦ regulam τὴν τῶν εὐδοκιμούντων συνήθειαν constituebant, ut ex Diogene Laertio (VII 40) intelleximus. Recte Sextus (§§ 214—215) iis, qui ἀναλογιστικὴν τέχνην sequantur, verba παρὰ τὴν κοινὴν συνήθειαν vel ἀσυνήθης omittenda esse declarat: ἵνα δὲ μὴ δοκῶμεν ἐν πᾶσι ἀπορητικοὶ τυγχάνειν, ἐπὶ τὴν ἐξ ἀρχῆς πρόθεσιν ἀναδραμόντες φήσομεν, ὡς εἴπερ ὁ βαρβαρισμὸς παράπτωσίς ἐστι παρὰ τὴν κοινὴν συνήθειαν ἐν μιᾷ λέξει θεωρούμενος, ὡσαύτως δὲ καὶ ὁ σολοικισμὸς ἐν πολλαῖς λέξεσι τὴν ὑπόστασιν λαμβάνων, καὶ ἔστι βάρβαρον μὲν τὸ τράπεσα διὰ τὸ μὴ σύνηθες εἶναι τὸ ῥῆμα, σόλοικον δὲ τὸ "πολλὰ περιπατήσας κοπιᾷ μου τὰ σκέλη" διὰ τὸ μὴ λέγεσθαι τῇ κοινῇ συνηθείᾳ, ὡμολόγηται ὅτι ἡ μὲν ἀναλογιστικὴ τέχνη ὄνομα κενόν ἐστι πρὸς τὸ μὴ βαρβαρίζειν ἢ σολοικίζειν, δεῖ δὲ τὴν συνήθειαν παρατηρεῖν καὶ ἀκολούθως αὐτῇ διαλέγεσθαι. Quintiliani auctor in barbarismo explicando Stoicorum (et Sexti) definitionem huius vitii non curavit, neque consuetudinis vel similis verbi mentionem fecit. Idem tamen Quintilianus (c. V 13.) formam »assentior« consensu, i. e. συνηθείᾳ τῶν εὐδοκιμούντων defendi dicit. Hic mihi, quod supra exposui, confirmari videtur paragraphos 13—17 ex alio fonte fluxisse quam praecedentes, ubi consuetudinis vel similis verbi nec vola nec vestigium exstat.

Restat, ut nonnulla singula huius partis (§§ 5—17) contemplemur. Cantum vocabulum (§ 8) apud Persium poetam in quintae saturae versu 71 invenimus: »Vertentem sese frustra sectabere cantum.« Persium Palaemonis grammatici discipulum fuisse constat. Itaque haud scio an hoc vocabulum ex aliquo Palaemonis ipsius libro a Persio et Quintiliano discipulis depromptum sit. Cetera huius partis barbarismi exempla, quorum auctores Fabius nominat (de quibus Claussenius l. l. p. 379 nonnulla affert) mihi ad nostram dissertationem nullius momenti esse videntur. Conferri ad hunc totum tractatum Consentii de vitiis orationis dissertatio potest (Keil gr. L. V 386 sqq.).[1] Hic eodem modo barbarismus et soloecismus discernuntur; sed barbarismus ipse a metaplasmis separatur, qui in poemate in partibus orationis accidunt; praeterea a barbarismo barbarolexis seiungitur, »quae uno modo tantum intellegitur, cum ex aliena lingua in nostrum usum aliqua orationis pars inducitur.« Discrimen poetarum et scriptorum orationis solutae, quod Consentius facit, apud Quintilianum §§ 12—13 invenimus: »At in eiusdem vitii geminatione Mettoeo Fufetioeo dicens Ennius poetico iure defenditur. Sed in prosa quoque est quaedam iam recepta immutatio«. Sed cum solitum illud discrimen inter poetas solutaeque orationis scriptores et Fabius et Consentius faciant, uterque eos impugnat artis scriptores, qui Stoicorum more[2]) exempla vitiorum aut ex poetis aut ex scriptoribus repetebant. Verbis enim Fabii (§ 11): »Sed quidam fere in iactationem eruditionis sumere illa ex poetis solent et auctores, quos praelegunt, criminantur« respondent Consentii verba (p. 391,26): »In quo equidem non imitabor eos scriptores, qui exempla huius modi vitiorum de auctoritate lectionum dare voluerunt; quo ea vitiorum facta est confusio, ut paene iam nemo intellegat, quid barbarismus sit, quid

[1]) Cf. Birtii disputatio in Museo Rhenano XXXIV p. 19 sqq.

[2]) Conferas Polybii (in appendice Lexici Vindobonensis p. 283 sqq.) ceterorumque de barbarismo et de soloecismo tractatus.

metaplasmus.« Praeterea etiam multa similia in hoc de vitiis tractatu et Fabius et Consentius praebent. Conferatur Quintiliani (V 16): »Absurdum forsitan videatur dicere barbarismum, quod est unius verbi vitium, fieri per numeros aut genera, sicut soloecismum: 'scala' tamen et 'scopa' contraque 'hordea' et 'mulsa' licet litterarum immutationem, detractionem, adiectionem habeant, non alio vitiosa sunt, quam quod pluralia singulariter et singularia pluraliter efferuntur, et 'gladia' qui dixerunt, genere exciderunt« et Consentii (p. 395,28 sqq.): »Inter barbarismum quaedam illic distantia a scriptoribus posita est, quod barbarismus una orationis parte soloecismus pluribus constat e. q. s.« et (p. 396,2): »Ubi vero adiectiones, detractionesve et cetera, quae in singulis fiunt partibus, imperite facta sunt, ibi barbarismus est, ubi perite cum auctoritate ibi metaplasmus est, de illo quaeritur, utrum, si ea quae semper pluralia sunt, singulariter proferuntur, veluti si quis dicat scopam, scalam, sordem, quadrigam aut item, si quis dicat luces, paces, soloecismum an barbarismum faciat. Est enim hoc dissimile ab eo exemplo, quod superius positum est, nam qui dicit.... Hic autem quod prorsus dici melius per latinitatem non potest, singulariter aut pluraliter nullo errore alterius intellectus accipi potest.... Ex quo iam apparet illud in dispututionem venire, utrum dictio una possit et barbarismum habere et soloecismum.« Quintilianum ipsum a Consentio respici vix credo, sed hos duos grammaticos ex uno auctore pendere negare non poterimus.[1]) Si Quintilianus in fine huius de barbarismo partis (§ 17) subiungit: »Sed hoc quoque notare contentus sum, ne arti culpa quorundam pervicacium perplexae videar et ipse quaestionem addidisse« et si (§ 14) eum, qui omnes barbarismos detractione, adiectione, immutatione, transmutatione fieri credit, grammaticum ut pinguem pexumque irridet atque etiam solutae orationis scriptoribus quaedam permittere vult, quae ille nimis severus censor poetis tantum per-

---

[1]) Cf. Birtii tractatus l. l.

miserat, ex altero eum haurire fonte persuasum habeo, quo usus est etiam Consentius.

Nunc ad vitia, quae in dicendo fiunt, transeamus. Hic Fabium partitionem, quae in quattuor vitiorum genera discedit, observare videmus. Nam §§ 17—18 vitia, quae fiunt divisione et complexione, §§ 19—21 quae aspiratione, §§ 22—24 quae sono accidunt, nobis proferuntur. Sed praeterea vitia, quae fiunt spatio, § 18 adiciuntur, non antea (§ 6) commemorata, ut ea vitia ex altero fonte deprompta esse verisimile sit. Haec omnia vitia per Latinum auctorem a Fabio recepta esse exempla, quae sequuntur, docent, e quibus ipsi Fabio vix plura, quam quae e Catullo et Cicerone haurire poterat, equidem tribuerim.[1])

Sequitur de accentibus vel tenoribus dissertatio (§§ 22—24), quam totam imitando ex Graecis expressisse Latinum auctorem apparet; nam tria genera accentuum, quae hic proferuntur (acuta, gravis, flexa) apud Latinos numquam exstitisse iam diu satis constat. Sed priusquam ad singula transeam hoc loco syllabam gravem semper eam, quae sono caret, acutam, quae sonum habet, intellegi dicendum est, ut apud Sextum Empiricum legimus (adv. music. § 40): τῆς δὲ φωνῆς ἡ μὲν τίς ἐστιν ὀξεῖα, ἡ δὲ βαρεῖα, μεταφορικώτερον ἀπὸ τῶν περὶ τὴν ἀφὴν αἰσθητῶν ἑκατέρου τούτων λαμβάνοντες τὴν προσηγορίαν κ. τ. λ.

De loco nostro (§ 22 sqq.), qui ad artem metricam pertinet, iam Birtius in Museo Rhenano (XXXIV 19 sqq.) disseruit, et imprimis de similitudine, quae inter Fabium et Consentium intercedit, et quamquam cum Goetzio (Pauly-Wissowa IV

---

[1]) Conferri potest cum §§ 19—20 »Illa vero nonnisi aure exiguntur, quae fiunt per sonos; quamquam per aspirationem, sive adicitur vitiose sive detrahitur, apud nos potest quaeri, an in scripto sit vitium, si H littera est, non nota e. q. s.« Orator (§ 160): »Quin ego ipse cum scirem ita maiores locutos esse, ut nusquam nisi in vocali aspiratione uterentur, loquebar sic, ut pulcros, Cetegos, Cartaginem dicerem.« Iam apud Varronem (d. l. L. V 47) haec invenimus: »Ircus quod Savini Fircus, quod illic Fedus in Latino rure Edus, qui in urbe, ut in multis A addito Aedus« cf. Fabii (V 20): »Parcissime ea veteres usi etiam in vocalibus, cum 'aedos ircosque' dicebant«.

912 ad Consentium) dubito, num, ut Birtius declarat, Consentius ex Palaemone ipso hauserit, tamen Consentium Palaemonis continere doctrinas haud abnuerim, et plane Birtio assentior dicenti (p. 24 ad V 24: »Sed id saepius in Graecis nominibus accidit, ut Atreus, quem nobis iuvenibus doctissimi senes acuta prima dicere solebant, ut necessario secunda gravis esset, item Nerei Tereique«):« Die Situation, daß ein älterer Mann einem Jünglinge einen Namen vorspricht oder Regeln über seine Aussprache gibt, weist klärlich auf einen Lehrer des Quintilian, deshalb schreibt er bei Gelegenheit auch praeceptores nostri (I 7, 26). Lehrer des Quintilian wie des Persius war Remmius Palämon (Schol. Iuv. IV 452)«. Sed Palaemonem solum fontem Latinum Fabii fuisse, ex hoc loco haudquaquam concludere possum. — Praeterea de accentu Latino et Quintiliani tractatu egerunt F. Schoellius in Actis societatis philologae Lipsiensis (tomo VI p. 1—231) Langenius in Philologo XXXI (p. 88 sqq.) et idem in dissertatione sua inaugurali (»De grammaticorum Latinorum praeceptis, quae ad accentum spectant, Bonn 1857«) et in »Neue Jahrbücher f. Philol. u. Pädag. 79 p. 47 sqq.«, Christius in Philologo XVIII (p. 180 sqq.). Atque Schoellius quidem (p. 4) haec profert: »Primum ex Ciceronis epistula ad Atticum scripta (XII 6, 2) iam Tyrannionem (primi saeculi a. Chr. n. grammaticum) de prosodiis θεωρίαν composuisse apparet, deinde Cicero ipse in Oratore eodem illo tempore, quo epistulam ad Atticum dedit, edito de accentu nonnulla dicit (§ 58).« Deinde de Varrone locutus Schoellius pergit (p. 8). »Haec de Varrone; eorum autem qui sequuntur, primus, de quo certius aliquid explorare possimus, Q. Remmius est Palaemon, Quintiliani praeceptor. Eum inter Charisii et Diomedis auctores primario loco esse non indiget comprobationis; habemus vero etiam de accentu testimonia, quae Charisius diserte ad illum refert, Diomedes eisdem verbis protulit non addito auctoris nomine. Sed etiam Quintilianum, ut in aliis quaestionibus grammaticis, ita in eis, quae de accentu docet (cf. I 4, 20), praeceptorem suum secutum esse sat probabili

4

coniectura effici potest. Nam primum Palaemonis nomen pro exemplo ponitur, quod haud contemnendum auctoris iudicium esse omnes concedunt; tum de flexa prosodia dicitur eam circumduci; quod cum praeter Quintilianum non nisi apud Charisium usu veniat, Palaemoni tribuendum erit. Sed tacite etiam impugnat praeceptorem, cum in aliis, tum in eis, quae de accentu praepositionum iudicio sanissimo profert; nam cum Palaemonem praepositiones in ultima acuisse ex Charisio compertum habeamus, dubium esse non potest, quin inter nonnullos grammaticos, qui hoc statuerint, Quintilianus etiam illum perstringat.« Deinde Schoellius (p. 25) ad § 28 (»evenit, ut metri quoque condicio mutet accentum«) nobis exempla producit: Cic. Or. 66 sqq., 168 sqq., 198 sqq., de or. III 173 sqq.; Quintil. IX 4, 52 sqq., Ter. Maur. v. 1090 sq., Cic. Or. 183 sqq., Mart. Capella V p. 170,22, Diom. II p. 468—471, Probus cath. p. 40—43. Sed mihi haud nullius momenti esse videtur, quod Cicero de accentu circumflexo nihil nobis tradidit; nam in Oratore (§§ 57/58) de tribus sonis, inflexo, acuto, gravi, qui fiunt in cantibus, sed non in oratione loquitur, quibus (proxima paragrapho) duos orationis sonos comparat[1]). Apud Fabium Graeco ritu tres orationis accentus offendimus. Itaque Quintilianum in hoc tractatu Ciceronem ipsum compilasse mihi persuadere non possum. Quare cum iam Schoellius (l. l. p. 4) librum, qui περὶ προσῳδιῶν inscriptus erat, Tyrannionis haud negligendum esse dicat et etiam Usenerus (l. l.) de magna huius grammatici apud posteriores auctoritate disserat, hunc fontem Romanorum doctrinam Graecam in re metrica sequentium fuisse, cum Schoellio haud abnuerim; ex eodem autem Palaemonem, cuius ut magistri sententias discipulus hic et illic profert, hausisse verisimile est.

Sequitur (§§ 34—54) de soloecismo tractatus. De hoc vitio imprimis G. Schepssius (»De Soloecismo; Dissert. inaug.

---

[1]) Similia Vitruvii de architectura liber continet (V 4, 2): »Vox enim mutationibus cum flectitur, alias fit acuta, alias gravis, duobusque modis movetur, e quibus unus effectus habet continuatos, alter distantes e. q. s.«

Argent. 1875«) disseruit et totam de soloecismo doctrinam a Peripateticis Stoicis traditam et deinde a grammaticis receptam esse multis exemplis diligenter collectis satis ostendit. E Stoicis autem primos Chrysippum et Diogenem Babylonium libros de soloecismo confecisse idem (p. 19) demonstravit. Hoc igitur ex fonte quamvis multos per rivos etiam Quintiliani doctrinam deductam esse verisimile est. Quintilianus primum quid sit soloecismus et quo modo fiat exponit (V 34): »Cetera vitia omnia ex pluribus vocibus sunt, quorum est soloecismus«. Ex pluribus igitur vocibus fit soloecismus, i. e. ἐν συνθέσει λέξεων (cf. Sexti Empirici explanatio l. l. § 210 et Dionysii Thracis scholiastae l. l. p. 170₂₈, 446₃₈); oppositus est huic vitio barbarismus (cf. V, 6), qui in singulis verbis, i. e. ἐν μιᾷ λέξει, accidit.

Sed de soloecismi definitione diversae sententiae exstiterunt, quas Fabii auctor significare non omisit, sic pergens (V 34): »quamquam circa hoc quoque disputatum est. Nam etiam qui complexu orationis accidere eum confitentur, quia tamen unius emendatione verbi corrigi possit, in verbo esse vitium non in sermone contendunt, cum, sive 'amarae corticis' seu 'medio cortice' per genus facit soloecismum — quorum neutrum quidem reprehendo, cum sit utriusque Vergilius auctor, sed fingamus utrumlibet non recte dictum — mutatio vocis alterius, in qua vitium erat rectam loquendi rationem sit redditura, ut 'amari corticis' fiat vel 'media cortice'«. Fuerunt igitur, qui semper in una voce fieri etiam soloecismum dicerent, ut in hoc 'amarae corticis' seu 'medio cortice'. Quam sententiam Fabius his verbis oppugnat (V 36): »Quod manifestae calumniae est: neutrum enim vitiosum est separatum, sed compositione peccatur, quae iam sermonis est«. Alii quaesiverunt, »an in singulis quoque verbis possit fieri soloecismus, ut si unum quis ad se vocans dicat 'venite' aut si plures a se dimittens ita loquatur 'abi' aut 'discede'. Nec non cum responsum ab interrogante dissentit, ut si dicenti 'quem video?' ita occurras 'ego'. Denique in gestu etiam nonnulli putaverunt idem vitium inesse,

cum aliud voce, aliud nutu vel manu demonstratur«. Ad quas quaestiones Fabius ita respondet (V 37): »Huic opinioni neque omnino accedo, neque plane dissentio. Nam id fateor accidere voce una, non tamen aliter quam si sit aliquid, quod vim alterius vocis obtineat, ad quod vox illa referatur, ut soloecismus ex complexu fiat eorum, quibus res significantur et voluntas ostenditur. Atque ut omnem effugiam cavillationem, sit aliquando in uno verbo, numquam in solo verbo.«[1])

Deinde, ut in barbarismi tractatu, quaeritur, per quot et quas accidat species soloecismus et hic, ut in barbarismo, sed clarius duos Fabii dissertationis fontes discernere possumus. Alter fons (§ 38) his verbis illustratur: »Qui plenissime, quadripertitam volunt esse rationem, nec aliam quam barbarismi, ut fiat adiectione . . ., detractione . . ., transmutatione . . .« Quibus accedit (§ 41) immutatio, quae »sine controversia est«. Alteram soloecismi θεωρίαν secuti auctores hoc vitium in immutatione tantum consistere voluerunt, cum tria reliqua genera a soloecismo diducerent (§ 40) et adiectionis vitium πλεονασμόν, detractionis ἔλλειψιν, inversionis ἀναστροφήν vocarent. Immutatio per omnes orationis partes deprehenditur, frequentissime in verbo, quia plurima huic accidunt, i. e. in declinatione verbi vel ἐν κλίσει (hic eundem fontem, quem in barbarismi tractatu §§ 13—17 eruimus, nos offendere observes), fit autem in verbo per genera, tempora, personas, modos (status, qualitates), numeros, deinde in vocabulis et nominibus (§ 45/46), denique in participiis, pronominibus, adverbiis, coniunctionibus, praepositionibus, interiectionibus.

Duas diversas θεωρίας in soloecismi tractatu apud Fabium proferri exemplis Graecorum auctorum dilucide probatur. Conferatur Dionysii Thracis scholiasta (l. l. p. 446$_{35}$): ἔστι δὲ σολοικισμὸς ἁμάρτημα περὶ τὴν σύνταξιν τῶν μερῶν τοῦ λόγου et (447$_{2}$): Σολοικίζουσι δὲ περὶ γένη, ὡς τὸ ⟨B 742⟩

[1]) Ad notum illud discrimen, quod Stoici inter τὸ νοούμενον et τὸ λεγόμενον esse voluerunt, redit Fabius. Hoc autem nisi in contextu orationis apparere non posse iam antea dixerat (cf. c. V 3).

κλυτὸς Ἱπποδάμεια· περὶ ἀριθμούς, ὡς τὸ ⟨B 278⟩ ὣς φάσαν ἡ πληθύς· περὶ πτώσεις, ὡς τὸ ⟨A 24. 378⟩ ἀλλ' οὐκ Ἀτρείδῃ Ἀγαμέμνονι ἥνδανε θυμῷ· περὶ ὄνομα, ὡς εἴ τις χρήσαιτο πατρωνυμικοῖς ἀντὶ κυρίων ἢ τοῖς λοιποῖς οὐ κατὰ τὸν τρόπον· περὶ ῥῆμα, ὡς εἴ τις χρήσαιτο ἐγκλίσει ἀντὶ ἐγλίσεως ἢ χρόνῳ ἀντὶ χρόνου· περὶ μετοχάς, ὡς τὸ ⟨Θ 307⟩ καρπῷ βριθομένη, ἀντὶ τοῦ βρίθεται· περὶ ἄρθρα, ὡς εἴ τις χρήσαιτο προτακτικῷ ἀντὶ ὑποτακτικοῦ, ὡς τὸ (Σ 460) καὶ θώρηχ', ὃ γὰρ ἦν· περὶ ἀντωνυμίαν, ὡς τὸ ⟨Hes. Opp. 2⟩ δεῦτε Δί' ἐννέπετε σφέτερον πατέρ' ὑμνείουσαι· περὶ προθέσεις, ὡς εἴ τις φαίη κατηγορίαν ὑπέρ τινος γεγραφέναι, δέον κατά τινος· περὶ ἐπιρρήματα ὡς τὸ ⟨η 13⟩ καὶ εἴσω δόρπον ἐκόσμει, ἀντὶ τοῦ ἔνδον· περὶ συγκρίσεις, ὡς εἴ τις λέγοι »δικαιότατος Ἀριστείδης Περικλέους«, δέον εἰπεῖν δικαιότερος· περὶ ἐλλείψεις, ὡς τὸ ⟨Eurip. Bacch. 5.⟩ πάρειμι Δίρκης νάματα, ἀντὶ τοῦ εἰς Δίρκης[1]).

Soloecismus, qui ἐν κλίσει accidit, hic commemoratur, ut apud Quintilianum §§ 41—51, imprimis cf. § 45 »Similiter in vocabulis et nominibus fit soloecismus genere, numero, proprie autem casibus, quidquid eorum alteri succedet. Huic parti subiungantur licet per comparationes et superlationes, itemque in quibus patrium pro possessivo dicitur vel contra.«

Alterum Quintiliani fontem, qui quattuor soloecismi partes praebebat, in Polybii de barbarismo et soloecismo tractatu (in Lexici Vindobonensis appendice p. 285) invenimus: σολοικισμός ἐστιν ἡμαρτημένη λέξεων σύνθεσις παρὰ τὴν παρ' ἑκάστοις συνήθειαν. ὥσπερεὶ δὲ ὁ βαρβαρισμὸς παρὰ τοὺς βαρβάρους εἴρηται, οὕτω καὶ ὁ σολοικισμὸς παρὰ τοὺς σολοίκους· καὶ γὰρ οὕτω τινὲς προσηγόρευσαν τοὺς βαρβάρους· ἢ κατὰ τὸ ἔτυμον, σολοικισμός ἐστι σῴου λόγου αἰκισμός, γίνεται δὲ κατὰ τρόπους τέσσαρας· κατὰ ἔνδειαν.... κατὰ πλεονασμόν.... κατὰ δὲ ἐναλλαγὴν[2]) γίνεται σολοικισμὸς ἤτοι ὅταν μέρος λόγου ἀνθ' ἑτέρου

[1]) Quae sequuntur apud scholiastam: περὶ τόπους, ὡς εἴ τις λέγοι "εἰς παλαιστοῦ ἐγενόμην" δέον εἰς παλαίστραν sine dubio ex alio fonte deprompta sunt, cum aliam θεωρίαν barbarismi hic offendamus. Conferantur, si tanti est, tractatus a Valckenario editi (p. 197 sqq.).

[2]) Commemorantur tres tantum τρόποι, quamquam soloecismus quattuor modis fieri dicitur. Transmutationis nec vola nec vestigium exstat. Sed in

τεθῇ, οἷον, εἰ οὕτω τύχοι, ὄνομα ἀντὶ ῥήματος.... ἢ ὄνομα ἀντὶ ἐπιρρήματος.... ἢ μετοχὴ ἀντὶ ῥήματος.... ἢ ἄρθρον ἀντὶ ἀντωνυμίας.... ἢ ἄρθρον ἀντὶ ἐπιρρήματος:... ἢ ἐπίρρημα ἀντὶ προθέσεως.... ἢ ὅταν τὰ συμβεβηκότα τοῖς τοῦ λόγου μέρεσιν εἰς ἄλληλα ἐναλλάσσηται, εἶδος, γένος, ἀριθμός· ἢ ὅταν αἱ διαφοραὶ τῶν ἐπιρρημάτων ἢ αἱ προθέσεις, ἢ οἱ σύνδεσμοι ἢ αἱ τάξεις τῶν συνδέσμων ἐναλλάσσωνται. εἶδος ἐν μὲν ὀνόμασι· ἐν δ' ἀντωνυμίαις εἶδος, ὡς Ζηνόδοτος γράφει μνῆσαι πατρὸς σεῖο ἀντὶ τῆς σοῖο κτητικῆς· ἐν δὲ ἄρθροις εἶδος.... γένος δὲ ἐν μὲν ὀνόμασιν· ἐν δὲ μετοχαῖς γένος.... ἀριθμὸς δὲ ἐν μὲν ὀνόμασι..... ὁμοίως δὲ καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις τοῦ λόγου μέρεσιν εἰ ἐναλλάσσοιντο οἱ ἀριθμοί. περὶ δὲ σχῆμα, ὡς ἐν ἀντωνυμίαις.... πτῶσις δὲ ἐν μὲν ὀνόμασιν.... ἐν δὲ μετοχαῖς πτῶσις.... ἐν δὲ ἀντωνυμίαις πτῶσις.... ἐν δὲ ἄρθροις πτῶσις.... περὶ δὲ τὰς ἐγκλίσεις.... διαθέσεις ἐν ῥήμασιν.... διαθέσεις ἐν μετοχαῖς.... πρόσωπα ἐν ῥήμασιν.... πρόσωπα ἐν ἀντωνυμίαις.... χρόνοι ἐν ῥήμασιν.... ἐν δὲ μετοχαῖς χρόνοι.... ἐν δὲ ἐπιρρήμασι γίνεται σολοικισμὸς οὕτως· καὶ εἴσω δόρπον ἐκόσμει, ἀντὶ τοῦ ἔνδον.... ἐν δὲ προθέσεσιν.... ἐν δὲ συνδέσμοις·... περὶ δὲ τὴν ἐναλλαγὴν τῆς συντάξεως τῶν συνδέσμων γίνεται σολοικισμὸς οὕτως ὡς παρὰ Μενάνδρῳ·

θυγάτριον ἡ νῦν ἡμέρα δίδωσί μοι  
ἢ δόξαν ἤτοι διαβολήν.

ἐχρῆν γὰρ ἤτοι δόξαν ἢ διαβολήν. ταῦτα δὲ πάντα παρὰ τοῖς μὲν ποιηταῖς σχήματα, καθ' ὑπόθεσιν δὲ ἐν χώρᾳ σολοικισμῶν παρείληπται.[1])

---

tractatu, qui hanc de soloecismo dissertationem praecedit, quattuor barbarismi τρόποι, in quibus etiam μετάθεσιν invenimus, proferuntur. Dubium igitur mihi esse non potest, quin in Polybii de soloecismo epitoma, quae nobis tradita est, exempla, quibus μετάθεσις illustraretur, in fine totius partis exciderint.

[1]) Cum exemplo ex Odyssea deprompto καὶ εἴσω δόρπον ἐκόσμει, quod etiam in Dionysii scholiastae tractatu invenimus, conferatur Quintiliani § 50 capitis V: »Hoc amplius 'intro' et 'intus' loci adverbia, 'eo' tamen 'intus' et 'intro sum' soloecismi sunt.« E Graeco tractatu hoc iam Lucilius repetierat imitandoque expresserat (IX 30 Mueller, v. 1133 Lachmann):

»nam velut intro aliud longe esse atque intus videmus  
sic item apud se longe alid est, neque item valet ad se:  
intro nos vocat ad sese, tenet intus apud se.«

Tractatum Polybii antiquissimum esse eo demonstratur, quod hic soloecismum fieri παρὰ τὴν παρ' ἑκάστοις συνήθειαν dicitur, quod etiam Sextus praebet, cuius definitionem e Stoicorum doctrinis depromptam esse supra vidimus. Similiter in tractatu a Valckenario (in appendice ad Ammonium) edito p. 197 soloecismus, qui fit ἐν κλίσει, explicatur Σολοικία ἐστίν ἀκατάλληλος πλοκὴ τῶν τοῦ λόγου μερῶν παρὰ τὴν τῶν ἑλληνιζόντων συνήθειαν.

Palaemonem in arte sua de soloecismo disseruisse liquet ex Iuvenalis versibus VI 451—456 (cf. Schepssius l. l. p. 32):

»Odi
Hanc ego, quae repetit volvitque Palaemonis artem,
Servata semper lege et ratione loquendi,
Ignotosque mihi tenet antiquaria versus,
Nec curanda viris opicae castigat amicae,
Verba: soloecismum liceat fecisse marito«.

Itaque magistri quoque auctoritatem ad tractatum de soloecismo conficiendum fortasse adhibuit Quintilianus.[1])

Tria genera vitiorum (§ 40), quae et Graecorum et Romanorum nonnulli grammatici a soloecismo secludunt adiectionis vitium πλεονασμόν, detractionis ἔλλειψιν, inversionis ἀναστροφήν vocantes, alio loco (l. IX c. 3) pertractantur, cum magna ex parte in artem rhetoricam cadant.

Subicit Fabius (§ 41): »ideoque in eo (verbo) fiunt soloecismi per genera, tempora, personas, modos, sive cui 'status' eos dici seu 'qualitates' placet, vel sex vel, ut alii volunt,

---

[1]) Quaestionem illam, an in singulis quoque verbis fieri possit soloecismus, etiam Apollonium Dyscolum tractasse Schepssius p. 37 demonstrat. Ad § 36 (»in gestu etiam nonnulli putant idem vitium inesse, cum aliud voce, aliud nutu vel manu demonstratur«) afferri potest, quod apud Philostratum legimus (Tom. II. p. 52 Kayser 541/42): ἀγωνιστοῦ δὲ τραγῳδίας ἐν τοῖς κατὰ τὴν Σμύρναν 'Ολυμπίοις τὸ »ὦ Ζεῦ« ἐς τὴν γῆν δείξαντος, τὸ δὲ »καὶ γᾶ« ἐς τὸν οὐρανὸν ἀνασχόντος, προκαθήμενος τῶν 'Ολυμπίων ὁ Πολέμων ἐξέωσεν αὐτὸν τῶν ἄθλων εἰπών: οὗτος τῇ χειρὶ ἐσολοίκισεν. Nec non Lucianus, qui in libello de saltatione sic (ed. Sommerbrodt tom. II. 1. p. 149, § 80): πολλοὶ γὰρ αὐτῶν ὑπ' ἀμαθίας — ἀμήχανον γὰρ ἅπαντας εἶναι σοφούς — καὶ σολοικίας τινὰς ἐν τῇ ὀρχήσει ἐπιδείκνυνται κ. τ. λ.

octo ... praeterea numeros«. Qualitatum sane nomen etiam supra (IV 27) offendimus atque e Remmio petitum esse Christio concessimus. Eundem hic deprehendimus, sed auctorem neque solum neque primarium dicere poterimus, immo, sicut in enarratione partium sermonis (IV 20) quasi in transitu commemoratur.

In § 45 verbo, quod est patrium, patronymicum significari apparet ex Sergii ad Donatum explanationibus (Keil IV p. 539 36): »Sunt, quae a Graecis patronymica, a nobis patria dicuntur.« Quam significationem e lingua Graeca in Latinam conversam esse vel inde certum est, quod apud Latinos patronymica omnino non invenimus, nisi quae Graeco ritu ficta sunt. Eadem paragrapho Stoicorum modo discrimen inter vocabula et nomina factum est, sicut antea in capite quarto. Finis tractatus de soloecismo (§§ 51—54) de ambiguis verbis dissertatiunculam continet vel eis, quae faciem soloecismi habent (§ 52) et dici vitiosa non possunt.

Restat, ut nunc Sexti Empirici totum de vitiis orationis tractatum iam hic et illic commemoratum contemplemur. Totum hic proferre necesse erit (§§ 209—216): Ἄρτι μὲν οὖν ἐκ τῆς πρὸς τοὺς γραμματικοὺς ἀκολουθίας συνῆκται τὸ παρέλκειν μὲν τὴν ἀναλογίαν πρὸς ἑλληνισμόν, εὐχρηστεῖν δὲ τὴν τῆς συνηθείας παρατήρησιν· δῆλον δὲ ἴσως ἔσται ἐκ τῶν ῥητῶν. ὁριζόμενοι γὰρ τόν τε βαρβαρισμὸν καὶ τὸν σολοικισμὸν φασὶ »βαρβαρισμός ἐστι παράπτωσις ἐν ἁπλῇ λέξει παρὰ τὴν κοινὴν συνήθειαν« καὶ »σολοικισμός ἐστι παράπτωσις ἀσυνήθης κατὰ τὴν ὅλην σύνταξιν καὶ ἀνακόλουθος«. πρὸς ἃ δυνάμεθα λέγειν εὐθύς. ἀλλ' εἰ ὁ μὲν βαρβαρισμός ἐστιν ἐν ἁπλῇ λέξει, ὁ δὲ σολοικισμὸς ἐν συνθέσει λέξεων, δέδεικται δὲ ἔμπροσθεν ὡς οὔτε ἁπλῆ ἔστι λέξις τις οὔτε σύνθεσις λέξεων, οὐδέν ἐστι βαρβαρισμὸς ἢ σολοικισμός. πάλιν εἰ ἐν λέξει μιᾷ ὁ βαρβαρισμὸς νοεῖται καὶ ἐν συνθέσει λέξεων ὁ σολοικισμός, ἀλλ' οὐκ ἐν τοῖς ὑποκειμένοις πράγμασι, πῶς ἥμαρτον εἰπὼν »οὗτος«, δείκνυμι δὲ γυναῖκα, ἢ »αὕτη«, δείκνυμι δὲ νεανίαν; οὔτε γὰρ ἐσολοίκισα· οὐ γὰρ σύνθεσιν πολλῶν ἀκαταλλήλων λέξεων προηνεγκάμην, ἀλλ' ἁπλῆν τὴν οὗτος λέξιν ἢ αὕτη· οὔτ' ἐβαρβάρισα· οὐδὲν γὰρ ἀσύνηθες

εἶχεν ἡ οὗτος λέξις, ὡς ἡ παρὰ τοῖς Ἀλεξανδρεῦσιν ἐλήλυθαν καὶ ἀπελήλυθαν.

Πλὴν τοιαῦτα μὲν πολλὰ πρὸς τοὺς γραμματικοὺς ἐνδέχεται λέγειν. ἵνα δὲ μὴ δοκῶμεν ἐν πᾶσιν ἀπορητικοὶ τυγχάνειν, ἐπὶ τὴν ἐξ ἀρχῆς πρόθεσιν ἀναδραμόντες φήσομεν ὡς εἴπερ ὁ βαρβαρισμὸς παράπτωσίς ἐστι παρὰ τὴν κοινὴν συνήθειαν ἐν μιᾷ λέξει θεωρούμενος, ὡσαύτως δὲ καὶ ὁ σολοικισμὸς ἐν πολλαῖς λέξεσι τὴν ὑπόστασιν λαμβάνων, καὶ ἔστι βάρβαρον μὲν τὸ τράπεσα διὰ τὸ μὴ σύνηθες εἶναι τὸ ῥῆμα, σόλοικον δὲ τὸ »πολλὰ περιπατήσας κοπιᾷ μου τὰ σκέλη« διὰ τὸ μὴ λέγεσθαι τῇ κοινῇ συνηθείᾳ, ὡμολόγηται ὅτι ἡ μὲν ἀναλογιστικὴ τέχνη ὄνομα κενόν ἐστι πρὸς τὸ μὴ βαρβαρίζειν ἢ σολοικίζειν, δεῖ δὲ τὴν συνήθειαν παρατηρεῖν καὶ ἀκολούθως αὐτῇ διαλέγεσθαι. εἰ μὲν γὰρ μετακαθίσαντες λέγοιεν βαρβαρισμὸν ἁπλῶς παράπτωσιν ἐν ἁπλῇ λέξει, δίχα τοῦ προσθεῖναι τὸ παρὰ τὴν κοινὴν συνήθειαν, καὶ σολοικισμὸν παράπτωσιν κατὰ τὴν ὅλην σύνταξιν καὶ ἀνακόλουθον, χωρὶς τοῦ παραλαβεῖν τὸ ἀσύνηθες, ἢ χεῖρόν τι κινήσουσιν ἑαυτοῖς πρᾶγμα. τὰ γὰρ τοιαῦτα καθ' ὅλην τὴν σύνταξιν ἀκολουθοῦντα ἕξουσιν, »Ἀθῆναι καλὴ πόλις, Ὀρέστης καλὴ τραγῳδία, ἡ βουλὴ οἱ ἑξακόσιοι«. ἃ δεήσει σολοικισμοὺς λέγειν, οὐχὶ δέ γε σολοικισμοὶ τυγχάνουσι διὰ τὸ σύνηθες. οὐκ ἄρα ψιλῇ τῇ ἀκολουθίᾳ κριτέον τὸν σολοικισμόν, ἀλλὰ τῇ συνηθείᾳ.

Sexti tractatum multo simplicius quam Fabii compositum esse cognoscimus. Singulae partitiones, quas Quintilianus praebet, omissae sunt, et soloecismi dissertatio una cum barbarismi absolvitur. Definitione duorum vitiorum exposita Sexti auctor singula exempla protulerat (§ 211 sqq.), barbarismi ἐλήλυθαν et ἀπελήλυθαν (§ 213) et τράπεσα (§ 214). Similiter ut apud Fabium, an in singulis quoque verbis possit fieri soloecismus, quaesiverat (§ 212: πῶς ἥμαρτον εἰπὼν »οὗτος« δείκνυμι δὲ γυναῖκα, ἢ »αὕτη« δείκνυμι δὲ νεανίαν;), deinde soloecismum in participio per casus fieri hoc exemplo demonstraverat (§ 214): πολλὰ περιπατήσας κοπιᾷ μου τὰ σκέλη. Oppugnantur deinde a Sexto grammatici, qui in definitione vitiorum verba »παρὰ τὴν συνήθειαν« praetermiserunt et tamen σχήματα vel σχηματοειδῆ in oratione pedestri posuerunt, quae

consuetudine probata erant, ut (§ 215): Ἀθῆναι καλὴ πόλις, Ὀρέστης καλὴ τραγῳδία ἡ βουλὴ οἱ ἑξακόσιοι. Hic Quintilianus plane cum Sexti auctore consentit (cf. c. V 52): »Quaedam tamen et faciem soloecismi habent et dici vitiosa non possunt, ut 'tragoedia Thyestes', et 'ludi Floralia ac Megalensia': quamquam haec sequenti tempore interciderunt, numquam aliter a veteribus dicta. Schemata igitur nominabuntur, frequentiora quidem apud poetas, sed oratoribus quoque permissa«.

Asclepiades ipse quid de barbarismo et soloecismo docuerit, ex Sexto parum cognoscimus. Copiosius eum de eis vitiis egisse fortasse fragmento libri περὶ τῆς Νεστορίδος ab Athenaeo (XI 488 sqq.) servato demonstratur. Hic Myrleanus versum Homeri (Iliadis Λ 634) interpretatur:

δοιαὶ δὲ πελειάδες ἀμφὶς ἕκαστον
χρύσειαι νεμέθοντο

et his quidem verbis (490 d): ἐπλανήθησαν δ' οἱ πολλοὶ νομίζοντες τὰς πελειάδας ὄρνεις εἶναι, πρῶτον μὲν ἐκ τοῦ ποιητικοῦ σχηματισμοῦ τοῦ κατὰ τὴν πρόσθεσιν τοῦ γράμματος.... et 490 e: ἡ δὲ τοῦ ὀνόματος ἐκτροπή, καθ' ἣν αἱ Πλειάδες λέγονται Πέλειαι καὶ Πελειάδες, παρὰ πολλοῖς ἐστι τῶν ποιητῶν (sequuntur exempla haud pauca). Poetis igitur πρόσθεσιν στοιχείου permisit Asclepiades eamque inter σχήματα recepit, Stoicorum sententiam secutus, qui, ut supra vidimus, quae apud pedestris orationis scriptores ut vitia insectabantur, apud poetas intacta relinquebant.

Quintiliani de vitiis tractatum certe non totum ab Asclepiade originem ducere vidimus; duo enim permixti sunt fontes atque totus tractatus non suo loco arti insertus est, quem Sextus rectius et artius cum doctrina περὶ τοῦ ἑλληνισμοῦ coniungit.

Redit Quintilianus § 55 ad eam, quam §§ 2 et 3 instituerat dispositionem, unde etiam clarius intellegimus eam, quae §§ 5—54 interponitur, de barbarismo et soloecismo disputationem alio ex fonte auctam esse.

»Singula (verba) sunt aut nostra aut peregrina, aut sim-

plicia aut composita, aut propria aut translata, aut usitata aut ficta.« Peregrinorum quae afferuntur exempla (raeda, petorritum, mappa, gurdus), ostendunt hoc loco ponenda fuisse βαρβαρολέξεις illas, quas in tractatu de barbarismo (§ 8) Fabius protulerat. Nostro autem loco in fonte Latino hunc invenisse videtur ordinem, ut primum quasi municipalia verba enarrarentur, quae veteres grammatici notaverant, deinde provincialia, ultimo loco Graeca. Municipalia omnia iam pro Latinis esse auctor statuerat, ex provincialibus pauca admiserat, Graeca, ut opinor, damnaverat, nisi omnino deessent Latina vocabula. Ea, quae propter inopiam Latinae linguae recipiantur, quin more Latino flecti auctor iusserit, nullus dubito. Sed restabant nomina propria, quae etiam hoc loco ab appellativis segregat auctor; ea recentiores grammaticos Graeco potius more declinare dicit (§ 63), vetustiores aut vetustatis praeter ceteros studiosos Latino (§ 59).[1]) Hos analogiam maxime secutos esse, quam auctoritate priorum scriptorum fulciebant, eamque quasi regulam ac normam constituisse latinitatis[2]) ex ipsius Fabii iudicio apparet (§ 63): »Mihi autem placet Latinam rationem sequi quousque patitur decor.... Sed auctoritatem consuetudo superavit.«

Sequuntur verba simplicia et composita (§§ 65—71), quod discrimen etiam ab Alexandrinis grammaticis observatum est. Constant simplices voces prima positione, id est natura sua. Compositae constant:

I. ex verbo et praepositione ut »innocens«

---

[1]) Conferatur cum § 60 (»quin etiam laudet virtutem eorum, qui potentiorem facere linguam Latinam studebant nec alienis egere institutis fatebantur: inde 'Castorem' media syllaba producta pronuntiarunt, quia hoc omnibus nostris nominibus accidebat, quorum prima positio in easdem quas 'Castor' litteras exit e. q. s.«) Varro (d. l. Lat. VIII 72): »Item secundum illorum rationem debemus secundis syllabis longis dicere: Hectorem Nestorem.«

Inter exempla Palaemonis etiam nomen ponitur, quod fortasse ab ipso Quintiliano magistri memori insertum est.

[2]) Concinunt haec cum capitis sexti § 1.

II. ex duobus verbis ut »maleficus«[1]) et quidem
1. ex duobus Latinis
a) ex integris ut »superfui«
b) ex integro et corrupto ut »malevolus«
c) ex corrupto et integro ut »noctivagus«
d) ex duobus corruptis ut »pedisecus«.
2. ex Latino et peregrino ut »biclinium«
3. ex peregrino et Latino ut »epitogium«
4. ex duobus peregrinis ut »epiraedium«.

De verbis propriis vel translatis, usitatis vel novis vix est, quod moneam. Redeunt eadem fere praecepta l. VIII. 3, 24 sqq., ubi etiam magis apparet, quam arte hae partes cum iudicio de virtutibus orationis (cf. l. I. 5, 3—4) cohaereant.

## V.

Tractatus de latinitate, qui iam in capite quinto proferri coeptus est, proximis duobus capitibus absolvitur, e quibus sextum regulam dicendi, septimum scribendi continet. Magnum hic rursus cum Sexti tractatu consensum offendimus. Nam haec duo capita, ut iam supra constituimus, Sexti explanationibus §§ 168—247 respondent, nisi quod ordo paulum mutatus est. Sexti dispositionem antiquiorem esse apparet.

Partes singulas totius capitis VI ipso in initio Fabius enumerat (§ 1): »Sermo constat ratione (§§ 4—38), vetustate

---

[1]) Ex tribus verbis voces Latinas constare posse auctor negat, etiamsi erant, qui exempla proferrent, ut 'capsis, Lupercalia, Suovetaurilia' (§§ 65—66). Etymologiam Lupercalium (quasi luere per caprum) neque apud Varronem, ubi hoc verbum profertur (d. l. L. VI 13), neque apud Ovidium (Fasti II 421) invenimus, sed apud Servium grammaticum (ad Aeneida VIII 343) legimus: »Sub monte Palatino est quaedam spelunca, in qua de capro luebatur, id est sacrificabatur«. Non igitur dubium est, quin haec etymologia ex libro grammatico, quo Quintilianus usus est, petita sit. Item κυρταύχενα (§ 68), quod apud nullum alium grammaticum indagare possumus, ex illo fonte fluxisse puto.

(§§ 39—40), auctoritate (§ 42), consuetudine (§§ 43—45). Rationem praestat praecipue analogia (§§ 4—27), nonnumquam et etymologia (§§ 28—38)«.

Hanc dispositionem in quaestionem vocans Usenerus (l. l. 622 sqq.) sic disserit: »Für die Rechtschreibung wird eine vierfache Richtschnur aufgestellt bei Cramer A. O. IV p. 331,31 (Lentz. Herod. I p. CIV). Πόσοι κανόνες ὀρθογραφίας; τέτταρες· ἀναλογία, διάλεκτος, ἐτυμολογία καὶ ἱστορία vgl. Bekkers A. G. p. 1127 und Et. M. 792 u. φῄς.« et (p. 623): »Nicht für die Rechtschreibung sind diese Normen ursprünglich aufgestellt worden; sie waren gedacht als die allgemeinen Hilfsmittel, durch welche die Sprachrichtigkeit überhaupt, der ἑλληνισμός oder die latinitas ermittelt wird, und sind auf das besondere Gebiet, von dem wir ausgingen, nur übertragen. Das ergibt sich aus älteren lateinischen Vermittlern. Diomedes 439,15: 'Latinitas est incorrupte loquendi observatio secundum Romanam linguam constat autem, ut adserit Varro, [fr. 41 p. 170 f.] his quattuor: natura, analogia, consuetudine, auctoritate'. Hier ist, obwohl unsere Ausschreiber das nicht gemerkt haben, natura ein gewählterer Ausdruck für das griechische etymologia. Auch der Grammatiker, den Quintilianus I 6, 1 f. IX 3, 3 benutzte — wir dürfen ihn wohl jetzt Palaemo nennen — hatte diesen Ausdruck gemieden und im Hinblick darauf, daß die etymologische Ableitung von der ältesten nachweisbaren Gestalt des Wortes ausgehen muß, dafür vetustas gesagt: »sermo constat ratione, vetustate, auctoritate, consuetudine« (Q. I 6, 1): Da Quintilian aus anderen Büchern dieselbe Liste mit etymologia kannte, so ist er unvermerkt in eine Klemme geraten, aus welcher er sich nur dürftig herauszuhelfen wußte. Bei der Definition schiebt er die Etymologie der Analogie unter (I 6, 1), bei der Ausführung gewährt er ihr die gebührende Berücksichtigung (I 6, 28); aber nun läuft ihm die vetustas (§ 39 f.) unvermeidlich mit der auctoritas zusammen«. Sed Usenerus rursus Graecorum artes parum respexisse mihi videtur, quae ab hoc crimine Quintilianum defendunt. Sextus enim

dissertatione περὶ ὀρθογραφίας (§ 174) absoluta proximam περὶ ἑλληνισμοῦ partem sic incipit (§ 175): Κεφαλαιωδέστερον δὴ καὶ περὶ ὀρθογραφίας διεξιόντες, ἴδωμεν εἰς συμπλήρωσιν τῆς πρὸς τὸ τεχνικὸν μέρος αὐτῶν ἀντιρρήσεως πότερον ἔχουσί τινα πρὸς τὸ ἑλληνίζειν συνεστῶσαν μέθοδον ἢ οὐδαμῶς et similiter § 185: πρὸς δὲ τὸ ἑλληνίζειν μεθόδου τινὸς καὶ τέχνης κατὰ τοὺς γραμματικούς ἐστι χρεία (conferatur etiam § 188). Hic equidem rationem illam (μέθοδον), quam commemorat Quintilianus, agnosco, cui et analogia et etymologia subiectae sunt. Ratione autem sermo, i. e. ἑλληνισμός, constat. Testimonium denique afferri potest illud Fabii (I 9, 1): »ratio loquendi et enarratio auctorum, quarum illam methodicen, hanc historicen vocant.« [1])

Atque κριτήρια quidem duo tantum afferuntur, ἀναλογία (§§ 176—240) et ἐτυμολογία (§§ 241—247), quarum illa de declinatione, haec de impositione verborum agit. [2]) Tres reliquas partes Fabii fons Graecus non praebet. Adiectae igitur sunt in Quintiliani arte a posteriore (Latino ut puto) auctore, ut una cum ratione quadripertitam divisionem recte loquendi regulae efficeret. [3])

Sexti iam tractatum diligentius examinemus. Emendate loquendi duo genera exstare dicit (§ 176): ἤδη δὲ τοῦ ἑλλη-

[1]) Historicen ἀμέθοδον esse Asclepiades ipse declarat (§ 254): λοιπὸν δέ, ἐπεὶ οἱ πλείους ὡμολογήκασιν αὐτὸ (τὸ ἱστορικόν) ἄτεχνον εἶναι καὶ ἐκ τῆς ἀμεθόδου ὕλης τυγχάνειν.

[2]) Fabium in definitione etymologiam analogiae subiecisse, ut Usenerus dicit (p. 624), mihi persuadere non possum. Duae partes pari modo rationi subiectae sunt (c. VI 1): »Rationem praestat praecipue analogia, nonnumquam et etymologia«. Praeterea vetustatem cum auctoritate confundi (c. VI 39), ut Usenerus contendit, non verisimile est. Nam auctoritas, ut ipse Fabius dicit, a claris historicis vel oratoribus omnium temporum peti solet, verba autem a vetustate repetita propter solam antiquitatem assertores habent, non quod ab hoc aut illo auctore tradita sunt, ut Saliorum carminum verba (c. VI 40). Etymologiam et vetustatem apud Quintilianum non idem significare argumentationis non eget.

[3]) Hae tres fontis Latini partes praeterea c. V 5 inveniuntur: »Excusantur haec vitia aut consuetudine aut auctoritate aut vetustate aut denique vicinitate virtutum«. Sed hunc locum non primario illi fonti tribuendum esse vidimus.

νισμοῦ δύο εἰσὶν διαφοραί· ὃς μὲν γάρ ἐστι κεχωρισμένος τῆς κοινῆς ἡμῶν συνηθείας καὶ κατὰ γραμματικὴν ἀναλογίαν δοκεῖ προκόπτειν, ὃς δὲ κατὰ τὴν ἑκάστου τῶν Ἑλλήνων συνήθειαν ἐκ παραπλασμοῦ καὶ τῆς ἐν ταῖς ὁμιλίαις παρατηρήσεως ἀναγόμενος. οἷον ὁ μὲν τῆς Ζεὺς ὀρθῆς πτώσεως τὰς πλαγίους σχηματίζων τοῦ Ζεός, τῷ Ζεΐ, τὸν Ζέα κατὰ τὸν πρότερον τοῦ ἑλληνισμοῦ χαρακτῆρα διαλέκεται, ὁ δὲ ἀφελῶς τοῦ Ζηνός λέγων καὶ τῷ Ζηνὶ καὶ τὸν Ζῆνα κατὰ τὸν δεύτερον καὶ συνηθέστερον ἡμῖν. Primum genus emendate loquendi cum consuetudinem neglegat, constare non potest, quod hoc exemplo demonstratur: (§ 178) ὥσπερ γὰρ ἐν πόλει νομίσματος τινος προχωροῦντος κατὰ τὸ ἐγχώριον ὁ μὲν τούτῳ στοιχῶν δύναται καὶ τὰς ἐν ἐκείνῃ τῇ πόλει διεξαγωγὰς ἀπαραποδίστως ποιεῖσθαι, ὁ δὲ τοῦτο μὲν μὴ παραδεχόμενος, ἄλλο δέ τι καινὸν χαράσσων ἑαυτῷ καὶ τούτῳ νομιστεύεσθαι θέλων μάταιος καθέστηκεν, οὕτω κἀν τῷ βίῳ ὁ μὴ βουλόμενος τῇ συνήθως παραδεχθείσῃ, καθάπερ νομίσματι, ὁμιλίᾳ κατακολουθεῖν ἀλλ' ἰδίαν αὑτῷ τέμνειν μανίας ἐγγύς ἐστιν. Una igitur grammatico relinquitur via, ut ex omnium Graecorum dialectis (συνηθείαις) eas eligat verborum formas, quae aliquo tamen modo analogiae respondeant, novumque inde constituat ἑλληνισμόν. Velut Διός genetivo non utetur, quoniam analogiae plane repugnat, Ζηνός formam adsumet, quae neque a consuetudine neque ab analogia abhorret. Errantem igitur consuetudinem ex recta corriget. Utrum autem erret necne, ex analogia diiudicabit. Hanc grammaticorum doctrinam Sextus impugnat. Ea, quae ex consuetudine nascitur, analogia ipsa consuetudinis norma fieri non potest, et si utilitatis causa consuetudo neglegenda non est, superflua est analogia.

Ex prima refutationis parte (§§ 176—196) ad fontem grammaticum non redeunt, nisi duae emendate loquendi definitiones (§§ 176—178) et verba (§ 194): διόπερ εἰ καὶ ὁ ἑλληνισμὸς διὰ δύο μάλιστα προηγούμενα ἔτυχεν ἀποδοχῆς, τήν τε σαφήνειαν καὶ τὴν προσήνειαν τῶν δηλουμένων (τούτοις γὰρ ἔξωθεν κατ' ἐπακολούθησιν συνέζευκται τὸ μεταφορικῶς καὶ ἐμφατικῶς καὶ κατὰ τοὺς ἄλλους πρόπους φράζειν). Ex altera parte

(§§ 196—208) ad eundem referenda est § 197: ζητουμένου γὰρ τοῦ πῶς δεῖ λέγειν, χρῆσθαι ἢ χρᾶσθαι, φασὶν ὅτι χρᾶσθαι, καὶ ἀπαιτούμενοι τούτου τὴν πίστιν λέγουσιν ὅτι χρῆσις καὶ κτῆσις ἀνάλογά ἐστιν· ὡς οὖν κτᾶσθαι μὲν λέγεται, κτῆσθαι δὲ οὐ λέγεται, οὕτω καὶ χρᾶσθαι μὲν ῥηθήσεται, χρῆσθαι δὲ οὐ πάντως, deinde definitio illa (§ 199): Καὶ μὴν ἡ ἀναλογία ὁμοίων πολλῶν ὀνομάτων ἐστὶ παράθεσις, τὰ δὲ ὀνόματα ταῦτα ἐκ τῆς συνηθείας, qua usus Sextus hanc grammaticorum rationem ratione carere demonstrat (§ 200): ἄτοπον τὸ αὐτὸ καὶ ὡς πιστὸν προσίεσθαι καὶ ὡς ἄπιστον παραιτεῖσθαι. Atque hoc iam a Cratete contra Aristarchum prolatum videtur esse, nam ut ex Sexto (§ 202) apparet, Pindario Aristarchi discipulus, ut hanc difficultatem fugeret, se eandem consuetudinem et amplecti et expellere negaverat[1]: τῇ ἄρα συνηθείᾳ ἐκβάλλοντες τὴν συνήθειαν τὸ αὐτὸ πιστὸν ἅμα καὶ ἄπιστον ποιήσουσιν. ἐκτὸς εἰ μή τι φήσουσι μὴ τὴν αὐτὴν συνήθειαν ἐκβάλλειν ἅμα καὶ προσίεσθαι, ἀλλ' ἄλλην μὲν ἐκβάλλειν ἄλλην δὲ προσίεσθαι. ὅπερ καὶ λέγουσιν οἱ ἀπὸ Πινδαρίωνος. ἀναλογία, φασίν, ὁμολογουμένως ἐκ τῆς συνηθείας ὁρμᾶται· ἔστι γὰρ ὁμοίου τε καὶ ἀνομοίου θεωρία τὸ δὲ ὅμοιον καὶ ἀνόμοιον ἐκ τῆς δεδοκιμασμένης λαμβάνεται συνηθείας. δεδοκιμασμένη δὲ καὶ ἀρχαιοτάτη ἐστὶν ἡ Ὁμήρου ποίησις· ποίημα γὰρ οὐδὲν πρεσβύτερον ἧκεν εἰς ἡμᾶς τῆς ἐκείνου ποιήσεως. διαλεξόμεθα ἄρα τῇ Ὁμήρου κατακολουθοῦντες συνηθείᾳ.

Tertiam refutationis partem (§§ 209—216) e definitionibus barbarismi et soloecismi ductam supra iam examinavimus, cui subiungitur brevis de similitudinis vi tractatus (§§ 216—220). Quarta pars (§§ 221—227) ad ipsos grammaticorum κανόνας transit. Ex fonte petita videntur verba (§ 221): θέλουσι μὲν γὰρ καθολικά τινα θεωρήματα συστησάμενοι ἀπὸ τούτων πάντα τὰ κατὰ μέρος κρίνειν ὀνόματα, εἴτε ἑλληνικά ἐστιν εἴτε καὶ μή· deinde κανών ille (§ 222): πᾶν ὄνομα ἁπλοῦν, εἰς ης λῆγον, ὀξύτονον, τουτὶ ἐξ ἀνάγκης συν τῷ σ̄ κατὰ τὴν γενικὴν ἐξενεχθήσεται, οἷον εὐφυής εἰφυοῦς, εὐσεβής εὐσεβοῦς, εὐκλεής εὐκλεοῦς. τοίνυν καὶ τὸ εὐμενὴς ὀξυτόνως ἐκφερόμενον παραπλησίως τούτοις

[1]) Eandem rem Sextus iam § 188 tetigerat.

διὰ τοῦ σ̄ ἐπὶ τῆς γενικῆς προενεκτέον, εὐμενοῦς λέγοντας. Videmus etiam hic recentiores quosdam analogiae defensores docuisse leges (τὰ καθολικὰ παραπήγματα) non ex omnium sed ex plurium observatione deduci posse (§ 223 sqq.).

Quinta parte (§§ 228—240) ad ea redit Sextus, quae in prooemio contra consuetudinem protulerat grammaticus omniaque pari iure contra analogiam dici posse affirmat. Ad fontem redeunt (§ 228): πολλαὶ γάρ, φασίν, εἰσὶ συνήθειαι, καὶ ἄλλη μὲν Ἀθηναίων ἄλλη δὲ Λακεδαιμονίων, καὶ πάλιν Ἀθηναίων διαφέρουσα μὲν ἡ παλαιὰ ἐξηλλαγμένη δὲ ἡ νῦν, καὶ οὐχ ἡ αὐτὴ μὲν τῶν κατὰ τὴν ἀγροικίαν ἡ αὐτὴ δὲ τῶν ἐν ἄστει διατριβόντων κ. τ. λ. et (§ 229): πολλῶν οὖν οὐσῶν συνηθειῶν, φασί, ποίᾳ χρησόμεθα; οὔτε γὰρ πάσαις κατακολουθεῖν δυνατὸν διὰ τὸ μάχεσθαι πολλάκις, οὔτε τινὶ ἐξ αὐτῶν, ἐὰν μή τις τεχνικῶς προκριθῇ.

Alterum deinde κριτήριον τοῦ ἑλληνισμοῦ etymologia apud Sexti auctorem erat, quae de impositione verborum, ut analogia de declinatione, agit. Hac de etymologia parte totus de emendate loquendi regula tractatus concluditur. Apparet igitur hic Sexti auctorem duas tantum partes praebuisse, de analogia et de etymologia. Cetera a Sexto refutationis causa inserta sunt, imprimis illa de consuetudine dissertatio, quam iam ab auctore in peculiari tractatu laudatam esse nullo modo probabile est.

Nunc ad Quintilianum transeamus. Primum igitur analogia (§§ 4—27) pertractatur eiusque regula et exempla exponuntur. Invenitur analogia in nominibus (§§ 4—6) I comparatione similium in extremis (aut genus deprehendit aut declinationem), II deminutione (genus detegit), deinde in verbis comparatione similium in extremis (§§ 4—8); tum de analogiae multis exceptionibus disseritur (§§ 12—27): »Sed meminerimus non per omnia duci analogiae posse rationem, cum et sibi ipsa plurimis in locis repugnet.« Hic sententias auctoris invenimus, qui analogiam oppugnat, quod multis exemplis productis apparet (§ 12): »Quaedam sine dubio conantur eruditi defendere, ut, cum deprensum est, 'lepus' et 'lupus' similia positione quantum casibus numerisque

dissentiant, ista respondent non esse paria, quia lepus epicoenon sit, lupus masculinum, quamquam Varro in eo libro, quo initia Romanae urbis enarrat, lupum feminam dicit, Ennium Pictoremque Fabium secutus. Illi autem idem, cum interrogantur, cur 'aper apri' et 'pater patris' faciat, illud nomen positum, hoc ad aliquid esse contendunt. Praeterea quoniam utrumque a Graeco ductum sit, ad eam rationem recurrunt, ut πατρός patris, κάπρου apri faciat. Illa tamen quomodo effugient, ut, cum nomina quamvis feminina singulari nominativo us litteris finita numquam genetivo casu ris syllaba terminentur, faciat tamen 'Venus Veneris'? item, cum es litteris finita per varios exeant genetivos, numquam tamen eadem ris syllaba terminatos, 'Ceres' cogat dici 'Cereris'? Quid vero quod tota positionis eiusdem in diversos flexus eunt? cum Alba faciat 'Albanos' et 'Albenses' volo 'volui' et 'volavi' e. q. s.«

Ipsius Quintiliani vel eius auctoris principalis sententiam § 16 cognoscimus: »Non enim, cum primum fingerentur homines, analogia demissa caelo formam loquendi dedit, sed inventa est,[1]) postquam loquebantur et notatum in sermone quo quidque modo caderet. Itaque non ratione nititur sed exemplo, nec lex est loquendi, sed observatio, ut ipsam analogiam nulla res alia fecerit, quam consuetudo.« Quintilianus igitur vel eius auctor haud quaquam in verba analogiae defensorum iurat, sed in hoc analogiae et anomaliae certamine medium se gerit, ut ita dicam, cum consuetudinem etiam sequendam esse dicat. Cf. § 18: »nesciebamus enim ac non consuetudini et decori serviebamus.« (cf. Cic. Or. 46, 155) et § 27: »Quare mihi non invenuste dici videtur, aliud

[1]) Conferri potest tractatus grammatici incerti, quem Reitzensteinius (»Gesch. d. griech. Etymologika p. 386 sqq.«) affert: Καὶ πῶς ἄν τις ἐξαριθμήσαιτο τῆς τέχνης τὸ εὐπερίτρεπτόν τε καὶ ἄστατον· ἔοικε γὰρ δόγμα ὂν καὶ αὕτη ἀνθρώπινον φθορᾷ ὑποκεῖσθαι καὶ αὕτη καὶ μεταβολῇ καὶ τροπῇ, οἷα δὴ καὶ τἆλλα τῶν ἀνθρώπων πράγματα. εὕροι γὰρ ἄν τις σκοπῶν λέξεις πλείστας, αἷς ἄλλως μὲν οἱ πάλαι ἐχρῶντο ἄνθρωποι, ἄλλως δ'οἱ νῦν, καὶ αἳ τοῖς πάλαι οὖσαι ἐν χρήσει παρεωράθησαν καὶ ἀπερρίφησαν ὕστερον κ. τ. λ.

esse Latine aliud grammatice loqui.« Recte Steinthalius (l. l. I. p. 627) demonstrat, duplicem ἑλληνισμὸν paulatim exstitisse, unum, quem apud bonos veteres scriptores offendimus, alterum, quem sibi analogiae defensores finxissent. Sed postea hi adversariis nonnulla concesserunt.[1]) — Analogiam sine consuetudine constare non posse exemplis §§ 21—27 prolatis explicatur, e quibus haec tantum proferam: »Ego tamen non alio magis angor, quam quod obliquis casibus ducti etiam primas sibi positiones non invenire, sed mutare permittunt, ut cum 'ebur' et 'robur' ita dicta ac scripta summis auctoribus in o litteram secundae syllabae transferunt, quia sit 'roboris' et 'eboris', 'sulpur' autem et 'guttur' u litteram in genetivo servent: ideoque 'iecur' etiam et 'femur' controversiam fecerunt. Quod non minus est licentiosum, quam si 'sulpuri' et 'gutturi' subicerent in genetivo litteram o mediam, quia esset 'eboris' et 'roboris'; sicut Antonius Gnipho, qui 'robur' quidem et 'ebur' atque etiam 'marmur' fatetur esse, verum fieri vult ex his 'robura ebura, marmura'. Quodsi animadverterent litterarum affinitatem, scirent sic ab eo, quod est 'robur', 'roboris' fieri, quomodo ab eo, quod est 'miles, limes,' militis, limitis, 'iudex, vindex,' iudicis, vindicis et quae supra iam attigi.« Vides alteros ex obliquis casibus rectos derivasse et 'robor, ebor' finxisse, alteros, quorum erat Antonius Gnipho, ex rectis obliquos fecisse 'robura ebura marmura'. Auctor hic ad defensores astrictae analogiae refutandos tractatum περὶ παθῶν (supra c. IV 12—17 prolatum) in memoriam revocat, quod facere nondum potuerat Asclepiades. Dubium igitur esse non potest, quin Fabii auctor Latinus hanc partem dissertationis composuerit, praesertim cum Gniphonis (§ 23) mentio fiat et summa doctrina atque eruditio ubique eluceat.

Restat ut nunc sententias, quas Sexti et Quintiliani fons praebebat, conferamus: magnus duorum de analogia tractatuum consensus statim apparebit. Et Sexti et Quintiliani auctor analogiam defendit, sed eam, quae ex consuetudine

[1]) Cf. Reitzensteinius »Varro u. Joh. v. Euch.« p. 81 sqq.

orta est, non illam severam et regulis grammaticorum adstrictam. Cf. Sextus (§ 177): οἷον ὁ μὲν τῆς Ζεύς ὀρθῆς πτώσεως τὰς πλαγίους σχηματίζων τοῦ Ζεός τῷ Ζεῒ τὸν Ζέα κατὰ τὸν πρότερον τοῦ ἑλληνισμοῦ χαρακτῆρα διαλέλεκται, ὁ δὲ ἀφελῶς τοῦ Ζηνός λέγων καὶ τῷ Ζηνί καὶ τὸν Ζῆνα κατὰ τὸν δεύτερον καὶ συνηθέστερον ἡμῖν. et Quintilianus (c. VI 27): »aliud esse Latine, aliud grammatice loqui.« Quod Sextus § 178 affert exemplum »ὥσπερ γάρ ἐν πόλει νομίσματός τινος προχωροῦντος κ. τ. λ.« Quintilianus et ipse c. VI 3 praebet: »Consuetudo vero certissima loquendi magistra, utendumque plane sermone ut nummo, cui publica forma est«. Singula Quintiliani tractatus, quae apud grammaticos Latinos posterioris aetatis redeunt, a Clausseno pertracta, cum ad nostram quaestionem nullius momenti sint, praetermitto.

Iam ad etymologiam nos convertamus, de qua ita Quintilianus disputat, ut primum (§§ 28—31) pauca exempla delibet, in quibus utilem esse etymologiam ipse concedat, deinde (§§ 32—38) inutilium et fallacium originationum agmen proferat. Artem quandam eum ante oculos habere § 32 probatur: »Iam illa minora, in quibus maxime studiosi eius rei fatigantur, qui verba paulum declinata varie et multipliciter ad veritatem[1]) reducunt aut correptis aut porrectis, aut adiectis aut detractis, aut permutatis litteris syllabisve.« Varronis enim rursus locus respiciendus est (d. l. L. V 12): »Huius rei auctor satis mihi Chrysippus et Antipater et illi, in quibus, si non tantum acuminis, at plus litterarum, in quo est Aristophanes et Apollodorus, qui omnes verba ex verbis ita declinari scribunt, ut verba litteras alia assumant, alia mittant, alia commutent.«[2]) Plurima exempla quae proferuntur iam Varro praebet. Conferatur de lingua Latina liber V (§ 101) et imprimis fragmenta Varronis 1 et 2, quae

[1]) Hic veritatem e Graeco verbo το ἔτυμον in linguam Latinam conversam esse intellegimus.

[2]) Partitionem in quattuor partes postea apud Orum invenimus, qui aut πλεονασμῷ aut τροπῇ aut συγκοπῇ aut ἀποβολῇ formam omnem fieri notavit, quod Ritschelius (Op. I p. 650 sqq.) fragmentis huius grammatici collatis observavit.

Wilmansius (»De Varronis libris grammaticis p. 141« sqq.) affert, cum Fabii § 33 sqq.: »iam sit et 'classis' a calando et 'lepus levipes' et 'uulpes uolipes': etiamne a contrariis aliqua sinemus trahi ut 'lucus' quia umbra opacus parum luceat, et 'ludus', quia sit longissime a lusu et 'Ditis', quia minime dives?«[1])

Plura ex fine totius disputationis colliguntur (§ 38): »Quidam non dubitaverunt etymologiae subicere omnem nominis causam, ut ex habitu, quemadmodum dixi 'Longos et Rufos' e. q. s.« Ipse enim Quintilianus his verbis sic ut antea dixi nos ad quarti capitis § 25 remittit atque ex eodem, quo ibi, fonte haurire se profitetur. Ex eodem igitur etiam sexti capitis § 31 hausit: »sive ex historiarum veterum notitia nomina hominum, locorum, gentium, urbium requiramus, unde Bruti, Publicolae, Pythici?« Quintilianus igitur haec ex libro auctoris primarii excerpsit et eundem auctorem impugnavit. Quin hic Fabii auctor multa et varia etymologiarum exempla ex Stoicorum libris deprompserit, qui linguam Latinam φύσει esse declarabant et etymologias necessario cum significatione verborum coniunctas esse, dubium esse non potest.[2])

Iam ad Sextum transeamus, cuius auctor in impositione verborum etymologiam esse κριτήριον τοῦ ἑλληνισμοῦ voluerat. Contra dicit Sextus (§ 242): τὸ ἐτυμολογίᾳ κρινόμενον ὄνομα ὅτι ἑλληνικόν ἐστιν, ἤτοι ἔτυμα πάντως ἔχειν ὀφείλει τὰ προηγούμενα αὐτοῦ ὀνόματα ἢ εἴς τινα τῶν φυσικῶς ἀναφωνηθέντων καταλήγειν. Apparet et Stoicorum sententiam notam ei fuisse, qui φύσει vocabula rebus imposita esse credebant, et Philoxeni doctrinam, qui omnia verba quasi paucis e radicibus, quarum origines explicari nullo modo possent, pullulasse sibi persuaserat.[3]) Stoicorum sententiam apud Asclepiadem certe Sextus invenire potuit, neque in ea re haereo, quod

[1]) Iam Fabii aetate peculiares tractatus exstitisse vides, quibus inter etymologias verborum etiam nominum propriorum causae expositae erant.

[2]) Cf. Reitzensteinius. »Varro u. Joh. v. Euchaita« p. 34 sqq.

[3]) Cf. Reitzensteinius l. l. p. 81 sqq.

derivatio verbi λύχνος ἀπὸ τοῦ λύειν τὸ νύχος, quae apud Sextum (§ 243) occurrit, Aristonico ab Orione (p. 94, 16 ed. Sturz) adscribitur. Nihil inde probatur nisi Aristonicum quoque vetustiorem huius verbi originationem attulisse, sicut permultae Herodiano adscribuntur etymologiae, quas ille veteribus Stoicis acceptas debet. Sed Philoxenus num iam Asclepiadi notus fuerit, erunt, qui dubitent. Itaque rursus adhibeatur fragmentum περὶ τῆς Νεστορίδος libri Asclepiadis apud Athenaeum (l. XI p. 477 b. sqq.) conservatum. Ibi (p. 477 d) legimus: εἰκάσειε δ'ἄν τις τὸ κισσύβιον τὸ πρῶτον ὑπὸ ποιμένων ἐργασθῆναι ἐκ κισσίνου ξύλου. ἄλλοι δὲ ἐτυμολογοῦσιν αὐτὸ ἀπὸ τοῦ χεῖσθαι, τὸ δ'ἐστὶ χωρεῖν. (σ 17) »οὐδὸς δ' ἀμφοτέρους ὅδε χείσεται καὶ.... χειήκ. τ. λ. Philoxenum respici ex Orionis lexico (p. 164, 34) discimus, ubi haec exstant: Χεὰ καὶ Χειά ὁ Φωλεός, παρὰ τὸ χέω, οὗ μέλλων μετὰ περισσοῦ τοῦ ῑ χείσω. δηλοῖ δὲ τὸν χωρεῖν δυνάμενον τόπον· οὕτω Φιλόξενος. Ὅμηρος »οὐδὸς δ' ἀμφοτέρους ὅδε χείσεται« (Reitzenstein l. l. p. 85).

In fine capitis VI (§ 39—45) Quintilianus breviter de vetustate, auctoritate, consuetudine a Sexti auctore omissis et postea arti Latinae insertis agit.

## VI.

Transit deinde auctor ad orthographiam vel recte scribendi regulam pertractandam. Qui tractatus arte cum capite IV (§§ 6—17) cohaeret. Veterem ordinem a Quintiliani auctore perturbatum, a Sexto servari supra vidimus. Huius tractatus auctorem Asclepiadem fuisse eo fit probabilius, quod Myrleanum de orthographia tractavisse ex Herodiano didicimus.[1]) Primum tractatus dispositionem inspiciamus, quae aliquam cum prioris partis compositione similitudinem praebet. Duae facile partes discernuntur: §§ 1—10 quid sit orthographia et quam habeat utilitatem, §§ 11—29 quae fuerit diversorum temporum orthographia exponitur. Posterior pars quid sibi velit, primis statim verbis docemur (§ 11):

[1]) Cf. Reitzensteinius (»Gesch. der griech. Etymologica p. 320. 20«).

»Verum orthographia quoque consuetudini servit ideoque saepe mutata est.« Eundem fontem, qui supra praeter analogiam consuetudinem defenderat, primo obtutu agnoscimus.

Graecum auctorem dilucide ex Sexti libro cognoscimus: (§ 168) Ἀλλὰ δὴ πάλιν τὴν ἐν τούτοις τῶν γραμματικῶν ἀκρίβειαν κατανοήσαντες, φέρε καὶ τῆς ἐν τῷ γράφειν αὐτῶν δυνάμεως ἀποπειραθῶμεν. τὴν γὰρ ὀρθογραφίαν φασὶν ἐν τρισὶ κεῖσθαι τρόποις, ποσότητι, ποιότητι, μερισμῷ· ποσότητι μὲν οὖν, ὅταν ζητῶμεν εἰ ταῖς δοτικαῖς προσθετέον τὸ ῑ, καὶ εὐχάλινον καὶ εὐώδινας τῷ ῑ μόνον γραπτέον ἢ τῇ ε̅ι̅· ποιότητι δέ, ὅταν σκεπτώμεθα, πότερον διὰ τοῦ ζ̄ γραπτέον ἐστὶ τὸ σμιλίον καὶ τὴν Σμύρναν ἢ διὰ τοῦ σ̄· μερισμῷ δέ, ἐπειδὰν διαπορῶμεν περὶ τῆς ὄβριμος λέξεως, πότερόν ποτε τὸ β τῆς δευτέρας ἐστὶ συλλαβῆς ἀρχὴ ἢ τῆς προηγουμένης πέρας, καὶ ἐπὶ τοῦ Ἀριστίων ὀνόματος ποῦ τακτέον τὸ σ̄.

Tres partes Asclepiades hoc loco, ut aliis, discernit. Regulae singula verba scribendi apud Sextum non exstant, sed imprimis, quae diversis modis scribi possunt verba, proferuntur ut § 173/174: οὐδὲν γὰρ βλαπτόμεθα, ἐάν τε σὺν τῷ ῑ γράφωμεν τὴν δοτικὴν πτῶσιν ἐάν τε μή, καὶ ἐάν τε διὰ τοῦ σ̄ τὸ σμιλίον καὶ τὴν Σμύρναν ἐάν τε διὰ τοῦ ζ̄ καὶ ἐπὶ τοῦ Ἀριστίων ὀνόματος ἐάν τε τῇ προηγουμένῃ συλλαβῇ τὸ σ̄ προσμερίζωμεν ἐάν τε τῇ ἐπιφερομένῃ τοῦτο συντάττωμεν κ. τ. λ. Simili modo Quintilianus usitatas scribendi regulas plane fere omittit et tantum verba, quae quomodo scribantur non constat, pertractat (cf. c. VII 1): »Cuius ars non in hoc posita est, ut noverimus, quibus quaeque syllaba litteris constet (nam id quidem infra grammatici officium est), sed totam, ut mea fert opinio, subtilitatem in dubiis habet.«

Voluerat Quintilianus, ut ipse IV 17 indicat, hoc loco plura de syllabis proferre, quae certe viderat apud auctorem suum. Sed promissi immemor pauca de longis syllabis apice notandis praefatus, §§ 4—8 περὶ ποιότητος[1]) (cf. Sexti

[1]) Cf. § 4: »Similiter putaverunt illa quoque servanda discrimina, ut 'ex' praepositionem, si verbum sequeretur 'specto' adiecta secundae syllabae s littera, si 'pecto' remota scriberemus. Illa quoque servata est a multis differentia, ut

§ 169), §§ 9—10 περὶ μερισμοῦ[1]) (cf. Sexti §§ 169, 173, 174) verba facit. Pars igitur περὶ ποσότητος in Latino tractatu deest, nisi quod ipsa illa de longis syllabis dissertatio, quae locum eius partis obtinet, aliquo modo cum ea cohaerere videtur.

Altera ex parte unum affero locum (§ 26): »Nostri praeceptores 'servum cervumque' u et o litteris scripserunt, quia subiecta sibi vocalis in unum sonum coalescere et confundi nequiret, nunc u gemina scribuntur ea ratione, quam reddidi: neutro sane modo vox, quam sentimus, efficitur. Nec inutiliter Claudius Aeolicam illam ad hos usus litteram adiecerat.«

Nonne hi praeceptores iidem sunt, qui 'Atreus' acuta prima dicere solebant? (c. V 24.) Sed clarissime hic videmus, ubi Claudii digammon commemoratur, hanc partem arte cum dissertatione de litteris (c. IV 5—12) conexam et toti arti immixtam esse. Praeterea cum etiam apud Sextum περὶ ὀρθογραφίας tractatum arti grammaticae insertam esse videamus dilucide opiniones illorum refelluntur, qui ut Lentzius (Herodian. I. p. XCVIII sqq.) et Mackensenius (l. l. p. 23) orthographiam artis partem non fuisse demonstrare conati sunt.[2])

Concluditur prima Quintiliani artis pars §§ 30—35, quibus emendate loquendi scribendique regulas nullo modo neglegendas esse auctor explicat. Non omittam quae § 32 proferuntur: »Hae fere sunt emendate loquendi scribendique partes: duas reliquas significanter ornateque dicendi non equidem grammaticis aufero, sed, cum mihi officia rhetoris supersint, maiori operi reservo.« Latinus igitur fons grammaticus duas reliquas partes significanter ornateque dicendi

---

'ad' cum esset praepositio, d litteram, cum autem coniunctio, t acciperet, itemque 'cum' si tempus significaret, per qu et m, si comitem, per c ac duas sequentis scriberetur.«

[1]) Cf. § 9: »Est et in dividendis verbis observatio, mediam litteram consonantem priori an sequenti syllabae adiungas.« e. q. s.

[2]) Cf. scholia ad. Dion. Thrac. (Hilgard. 302 8): ὡς καὶ τὸ ὀρθογραφικόν μόριον τοῦ διορθωτικοῦ et ibidem 471. 10.

hoc loco non neglexit, quas Quintilianus rhetor alio libro (cf. l. VIII c. 2 sqq.) pertractat. Cum hac paragrapho paene ad verbum consentiunt verba Sexti auctoris (§ 194): διόπερ εἰ καὶ ὁ ἑλληνισμὸς διὰ δύο μάλιστα προηγούμενα ἔτυχεν ἀποδοχῆς, τήν τε σαφήνειαν καὶ τὴν προσήνειαν τῶν δηλουμένων (τούτοις γὰρ ἔξωθεν κατ' ἐπακολούθησιν συνέζευκται τὸ μεταφορικῶς καὶ ἐμφατικῶς καὶ κατὰ τοὺς ἄλλους τρόπους φράζειν) κ. τ. λ.

In fine primae partis artis Quintiliani erat iudicium, quod duabus partibus mixtum e Fabii sententia est, imprimis commemorandum, cuius breviter tantum § 30 mentio fit. »Iudicium autem suum grammaticus interponat his omnibus: nam hoc valere plurimum debet.«

## VII.

Tandem progredimur, ad artis secundam partem, quae longe brevius absolvitur, ad emendatam lectionem enarrationemque poetarum (c. VIII). Reperimus hic, ut supra demonstravimus, Sexti ἱστορικόν (§§ 248—269); sed totius tractatus partitio apud Fabium iam valde mutata est. Agitur primum §§ 1—17 de emendata lectione, deinde (§§ 18—21) de enarratione poetarum. Partitionem Sexti in tres partes (§ 252) apud Latinum auctorem non iam observare possumus. Itaque hunc tractatum a fonte Latino valde mutatum et longe aliter dispositum esse statuendum est. Quod etiam magis, si singula perscrutabimur, cognoscemus. Praecipitur §§ 1—4, quo modo legendum sit, §§ 5—12, qui auctores Graeci et Latini adhibendi sint, §§ 13—17, ad quas res lectio praeterea utilis sit. Tractatus incipit (§ 1) »Superest lectio: in qua puer ut sciat, ubi suspendere spiritum debeat, quo loco versum distinguere, ubi claudatur sensus, unde incipiat, quando attollenda vel summittenda sit vox, quo quidque flexu, quid lentius, celerius, concitatius, lenius dicendum, demonstrari nisi in opere non postest.« Hoc loco quattuor partes exstant;

dividitur lectio 1) in accentus (ubi suspendere spiritum debeat, 2) discretionem (quo loco versum distinguere), 3) pronuntiationem (ubi claudatur sensus, unde incipiat, quando attollenda vel summittenda sit vox, 4) modulationem (quo quidque flexu, quid lentius, celerius, concitatius, lenius dicendum). Et recte Usenerus mihi (l. l. p. 602) exponere videtur: »Die erste Funktion des Grammatikers ist das ἀναγνωστικόν. Gemäß der Angabe des Dionysios Thrax § 2 ἀναγνωστέον δὲ καθ' ὑπόκρισιν, κατὰ προσῳδίαν, κατὰ διαστολήν wird von den späteren griechischen Lehrern diese Dreiteilung festgehalten. Anders die lateinische Schule: Victorinus G. L. VI. p. 188, 14 »Partes lectionis quot sunt? Quattuor. Quae sunt? Accentus, discretio, pronuntiatio, modulatio« vgl. die Kapitelübersicht des Charisius I. p. 5. 8—12 und die Excerpte des Audax in H. Hagens Anecdota Helvet. p. XXXIV und G. L. VII 322. 11. Auch im zweiten Buch des Diomedes liegt dieselbe Teilung vor, nur muß man sich die Teile aus dem Wirrwarr zusammenlesen: accentus, p. 430, 29; pronuntiatio 436, 18; discretio 436, 23; modulatio 439, 10. Die erhaltenen Definitionen zeigen, daß pronuntiatio durchaus im Sinne von ὑπόκρισις genommen ist und modulatio dem griechischen ἐμμέλεια (vgl. auch Quintilian I 8, 2) entspricht. Es liegt auf der Hand, daß die ὑπόκρισις des Dionysius Thrax dem architektonischen Prinzip zuliebe in zwei Glieder zerlegt worden ist. Als Vermittler muß auch hier Varro gelten, wie eine weitere Erwägung zeigen wird.« Useneri igitur sententia id, quod supra diximus, confirmatur: videmus hunc tractatum (c. VIII) a Graecis acceptum ab auctore Latino valde mutatum esse. Sed tamen nonnulla Graeco auctori similia e paragraphis 13—17 eruere possumus.

Praescribitur § 13, quid in praelegendo grammaticus praestare debeat, »ut partes orationis reddi sibi soluto versu desideret et pedum proprietates« ... Agitur hic περὶ μερισμοῦ, ut simili modo apud Sextum (§ 159): ἐπεὶ γὰρ τὸν μερισμὸν τὸν τῶν μέτρων ἐν δυσὶ μάλιστα τοῖς ἀναγκαιοτάτοις κεῖσθαι συμβέβηκεν, ἔν τε τῷ βαίνειν, τουτέστι τῇ εἰς τοὺς πόδας διανομῇ,

καὶ ἐν τῇ εἰς τὰ τοῦ λόγου μέρη διαιρέσει.... Pergit Fabius (§ 14): »Deprendat, quae barbara, quae impropria, quae contra leges loquendi sint posita, non ut ex iis utique improbentur poetae, quibus, quia plerumque servire metro coguntur, adeo ignoscitur, ut vitia ipsa aliis in carmine appellationibus nominentur....,«[1]) quod nobis in memoriam revocat illud Dionysii Thracis (Uhlig p. 5, 5): δεύτερον ἐξήγησις κατὰ τοὺς ἐνυπάρχοντας ποιητικοὺς τρόπους, a Sexto quidem tertiae artis parti adnumeratum (§ 251), a Fabii autem auctore, quippe qui tertiam Sexti partem omiserit, in secundam insertum. Conferatur deinde Fabii (§ 15): »Circa glossemata etiam, id est voces minus usitatas, non ultima eius professionis diligentia est« cum Dionysii (Uhlig p. 6): τρίτον γλωσσῶν τε καὶ ἱστοριῶν πρόχειρος ἀπόδοσις. Qui tractatus ab Asclepiade quoque τῷ ἱστορικῷ subiungitur (§ 253): ὑποτάσσεσθαι δὲ τῷ ἱστορικῷ κοινῶς φησί, καθὼς καὶ Διονύσιος, τὸ περὶ τὰς γλώττας. Concluditur haec pars § 17: »Praecipue vero illa infigat animis, quae in oeconomia virtus, quae in decore rerum, quid personae cuique convenerit.« Quocum conferatur Asclepiadis (§ 253): τῆς δὲ ἀληθοῦς τρία πάλιν μέρη· ἡ μὲν γάρ ἐστι περὶ τὰ πρόσωπα θεῶν καὶ ἡρώων καὶ ἀνδρῶν ἐπιφανῶν, ἡ δὲ περὶ τοὺς τόπους καὶ χρόνους, ἡ δὲ περὶ τὰς πράξεις. Denique magistro demonstrandum est: »quid in sensibus laudandum, quid in verbis, ubi copia probabilis, ubi modus«. His accedit in fine enarratio historiarum (§§ 18—21): »Diligens quidem illa esse debet, non tamen usque ad supervacuum laborem occupata.« Nam non omnes auctores digni sunt, qui pertractentur; sed »receptas aut certe claris auctoribus memoratas historias exposuisse satis est«.

Restat ut de Asclepiade pauca addantur. Cum plerique grammatici τὸ ἱστορικόν ratione et methodo carere dixissent (cf. Sextus § 254), ille contendit (§ 266): ὅτι εἰ καὶ ἡ ὕλη τῆς ἱστορίας ἐστὶν ἀμέθοδος, ἡ μέντοι κρίσις ταύτης γενήσεται τε-

[1]) Consensum horum verborum cum c. V § 11 observes: »Scire autem debet puer, haec apud scriptores carminum aut venia digna aut etiam laude duci.« Auctorem primarium Fabii hic sine dubio offendimus.

χνική, δι' ἧς γινώσκομεν, τί τε ψευδῶς ἱστόρηται καὶ τί ἀληθῶς. Itaque μέθοδον aliquam etiam hac in parte Asclepiades secutus est et re vera τῷ ἱστορικῷ inseruit τὸ κριτικόν.

Sequitur (§ 270) ipsum illud τὸ περὶ τοὺς ποιητὰς καὶ συγγραφεῖς μέρος, quod a Fabii auctore omissum esse vidimus, sed ita, ut singulae sententiae, quae in hac parte prolatae erant, hic illic priori parti inserentur. Asclepiadis doctrinam his verbis cognoscimus (§ 270): φασὶ γοῦν, ὡς ἡ ποιητικὴ πολλὰς δίδωσιν ἀφορμὰς πρὸς σοφίαν καὶ εὐδαίμονα βίον..., et (§ 271): τὸ δ' ὅτι συχνὰς δίδωσιν ἡ ποιητικὴ ἀφορμὰς πρὸς εὐδαιμονίαν δῆλον ἐκ τοῦ τὴν ὄντως κρατίστην καὶ ἠθοποιὸν φιλοσοφίαν ἀπὸ τῆς παρὰ τοῖς ποιηταῖς γνωμολογίας τὴν ἀρχὴν ἐρριζῶσθαι, καὶ διὰ τοῦτο τοὺς φιλοσόφους, εἴ ποτε παραινετικῶς τι λέγοιεν, ταῖς ποιητικαῖς φωναῖς ὡσπερεὶ σφραγίζεσθαι τὸ ὑπ' αὐτῶν λεγόμενον.

Imprimis igitur poetarum et auctorum sententias ad mores formandos magni momenti esse auctor Sexti declarat. Quam opinionem Sextus non oppugnat, sed grammatica arte ad auctores intellegendos opus non esse demonstrat. Simili modo Quintiliani auctor (l. 1. § 17) dicit: »Praecipue vero illa infigat animis, quid in sensibus laudandum«. De virtute orationis (σαφηνείᾳ), cuius apud Sextum (§ 319) mentio fit, iam supra egimus. Finem facit artis grammaticae Fabius prima paragrapho capitis IX his verbis: »Et finitae quidem sunt partes duae, quas haec professio pollicetur, id est ratio loquendi et enarratio auctorum, quarum illam methodicen, hanc historicen vocant«.

Colligamus nunc argumenta diversis locis nostrae dissertationis dispersa et quale de Quintiliani tractatu grammatico iudicium nostrum sit, exponamus. Certum est Fabium artem non ipsum confecisse sed librum grammatici Latini adiisse. Qui auctor Latinus omnia fere iam praebuit, quae Quintilianus nobis tradidit. Haec autem ars ipsa iam diu ante Fabii auctorem constituta erat a Graeco grammatico eodem, cuius librum Sextus impugnavit. Quae ars Graeca, priusquam ad Quintiliani aetatem pervenit, varie mutata est adiectis aut

detractis ab auctore Latino singulis partibus, sed tamen veterem auctoris Graeci dispositionem magna ex parte conservavit. Itaque Nettleshipii sententiae assentiri non possum, qui dissertatione sua (»The Study of Latin Grammar among the Romans in the first century A. D. Journal of Philology 15. p. 189—214«) hos Fabii fontes eruere conatus est (cf. l. l. p. 211): capitis IV et V §§ 1—54 Remmii Palaemonis artem, capitis V 54—VI 27 Plinii dubios sermones, capitis VII §§ 1—28 Verrii Flacci de orthographia libros. Iam Mackensenius (l. l. p. 46) recte demonstravit tractatus capitis IV §§ 4—17 et VII §§ 1—28 tam arte inter se coniunctos esse, ut Quintilianum ad has partes conficiendas duos diversos auctores adhibuisse nullo modo probabile sit. Hoc ei libenter concedo, sed hoc unum. Nam quod ille addit omnia haec ex Verrii Flacci libris sumpta esse, probare non possum. Perlustremus enim huius viri docti argumentationem. Capite II dissertationis suae de ratione, quae intercedit inter Scaurum, Longum, Quintilianum Victorinum agit, et omnes hos grammaticos ex uno auctore pendere demonstrare conatur adhibita Verrii Flacii doctrina, quae apud Festum et Paulum exstat. Sed etiamsi nonnulla illorum grammaticorum exempla consentiunt, nihil inde probari puto. Illa enim, ubi semel prolata erant, ab omnibus fere grammaticis iterum atque iterum proferebantur, id quod vel apud Graecos factum esse Herodiani libro de orthographia luculenter docemur. Neque eo moveor, quod Mackensenius suam de Verrio opinionem ita fulcire studet, ut p. 23 orthographiam artis partem fuisse neget, peculiaribusque tantum libris eam tractatam fuisse contendat, quos perpaucos exstitisse sibi persuasit. Re vera enim orthographiam artis partem apud Graecos fuisse auctor a Sexto impugnatus ostendit, cuius exemplum neminem apud Latinos praeter Quintilianum secutum esse neque demonstravit quisquam neque demonstrabit. Quintilianeae autem artis partes tam arte inter se iunctas nexasque ostendimus, ut vix credibile sit eum ex diversis auctoribus singulas partes repetiisse.

Idem argumentum sententiae a Nettleshipio prolatae

obstare crediderim, cum alii auctori cap. IV et V 1—54, alii cap. V 55—72 vindicat, nam V. 55—72 artissime cum V. 1—4 cohaerent.

Equidem quis fuerit Quintiliani auctor primarius, nescio. Palaemonem ipsum esse non credo, quia Palaemo octo tantum partes orationis agnovit neque nomen ab appellatione seiunxit. Palaemonis autem doctrina eum imbutum esse cur negem, non video. De homine ipso non laboro; id unum mihi propositum erat, ut, quam arto vinculo et Graecorum et Romanorum doctrina grammatica contineretur, ostenderem.

Ad Graecum igitur fontem, id est ad Asclepiadem redeo Myrleanum, cuius memoria, dum haec scribebam a Brunone Albino Mueller feliciter resuscitata est. Omnibus fere in rebus idem nos sensisse laetor, neque de patria, aetate, vita viri verba mihi facienda esse puto. Una in re paulum a Muellero recedo, de qua plurimos inter se dissensisse viros doctos video. Nam in celebri illo grammaticorum certamine aut analogiam laudantium aut anomaliam defendentium, quae Asclepiadis fuerint partes nondum constare videtur. Plurimi quidem et doctissimi viri Wachsmuthius (»De Cratete Mallota, Lipsiae 1860 p. 6. ad. 4.«), Hillscherius (»Jahrb. f. class. Philol. Supplem. XVIII p. 382.«), Susemihlius (»Gesch. d. griech. Litt. in d. Alexandrinerzeit II p. 15 sqq.«), Bollius (»Sphaera p. 543«) inter Crateteos anomaliaeque vindices eum receperunt. Dubitaverunt Lehrsius (»De Asclepiade Myrleano. Herodiani scripta tria emendatiora« p. 428 sqq.) et Usenerus (l. l. p. 590). Analogiae eundem defensorem fuisse Reitzensteinius (»Gesch. d. griech. Etymologika p. 405« in indice rerum) affirmavit, cum inter grammaticos huic sectae deditos in orthographia Herodiani commemoraretur, deinde Kaibelius (l. l. p. 25 adn. 1) eo maxime argumento nisus, quod Cratetem Asclepiades furti coarguens τὸν κριτικόν acerba cum irrisione appellasset (Athen XI 490e). Obloquitur Muellerus (l. l. p. 50), qui Myrleanum et analogiam et anomaliam sive consuetudinem secutum nonnihil Aristarcho, plura tamen Crateti accepta referre voluit.

Nos si recte Asclepiadem eandem quam Philoxenum analogiae imaginem secutum esse ostendimus, nostro iure fortasse ad M. Varronis nonum de lingua Latina librum lectorem remittere possumus, cuius memoriam mihi Reitzensteinius revocavit. Is enim, qui initio huius libri exscribitur, grammaticus Cratetem acerbis vexat conviciis, cum Stoicos tamen et laudet et sequatur. Idem eodem quo Asclepiades modo analogiam atque etymologiam coniungit, alteri declinationem alteri verborum impositionem tribuit. Sed quamquam longe ab Aristarchi Aristophanisque rationibus recedit, analogiae tamen defensor et est et haberi vult. Inter hos recentiores analogiae propugnatores, qui et Alexandrinorum et Stoicorum doctrina imbuti re vera medium iam fere omnes tenebant cursum, meo quidem iudicio numerandus est Asclepiades.

## VITA.

Natus sum Balduinus Gustavus Heinicke, Gustavi filius, matre Maria e gente Guenther in oppido Neuwied a. d. IV. Id. Febr. anni MDCCCLXXX. Fidem profiteor evangelicam Patrem paucis mensibus, priusquam hic libellus ad finem perductus erat, morte ereptum doleo. Litterarum primordiis imbutus receptus sum in numerum discipulorum gymnasii Neuwiedensis. Anno MDCCCXCVIIII maturus renuntiatus Ienam me contuli apud philosophorum ordinem nomen professurus. Post ter sex menses Bonnam migravi et inde autumno anni MDCCCCI hanc sedem Musarum adii.

Docuerunt me viri clarissimi Ienae: Capeller, Delbrueck, Eucken, Gelzer, Goetz, Hirzel, Michels, Liebenam, Wilhelm; Bonnae: Buecheler, Elter, Erdmann, Franck, Jacobi, Loeschke, Radermacher (nunc Gryphiswaldensis), Sudhaus (nunc Kieliensis), Usener, Wilmanns; Argentorati: Henning, Huebschmann, Keil, Martin, Michaelis, Neumann, Plasberg (nunc Rostochiensis), Reitzenstein, Schwartz (nunc Gottingensis), Thraemer, Windelband, Ziegler. Proseminario philologico interfui et Ienae et Bonnae per bis sex menses; deinde ut seminarii philologici Argentoratensis sodalis essem per duos annos, factum est summa Keilii, Reitzensteinii, Schwartzii benevolentia. Praeterea exercitationibus me admiserunt Bonnae Elter et Radermacher philologicis, Franck et Wilmanns Germanicis; Argentorati Keil et Plasberg philologicis, Henning et Martin Germanicis, Neumann historicis, Thraemer numismaticis, Windelband philosophicis. Quibus viris pro multis erga me meritis gratiam maximam semper habebo imprimis Reitzensteinio, cuius consiliis et auctoritate in hoc opusculo conficiendo semper uti mihi licuit.